

17

1a

2.

300

4.

5.

6.

17

1.

686.

Q. B. D. V.

FIGMENTUM
TUTELÆ
SPECIEI QUARTÆ;
PACTITIAE

1716, 6.

19

Sive

107

CONVENTIONALIS

Succincto Discursu Juridico.

Permittente Illustri, Almae hujus Eberardina,
J^UCtorum Ordine,

Discussum.

^à

CHRISTIANO HENRICO HILLERO,
BIBERACO-SUEVO.


TUBINGÆ,

Literis JOSEPHI SIGMUNDI.

V I R O
PRÆNOBILISSIMO, MAXIME STRENUO
CONSULTISSIMO, EXCELLENTISSIMO, DOCTISSIMO.
D O M I N O
DANIELI HILLERO,

J. U. D. SERENISSIMI WURTEMBERGIÆ DUCIS
CONSLIARIO; INCLYTÆ S. R. G. I. LIBERÆ REIPUBLICÆ
BIBERACENSIS CONSULI; QUÆSTORI, CONSISTORIIQUE
EVANGELICI PRÆSIDI; LONGE MERITISSIMO.
DOMINO GENITORI SUO, INEXHAUSTO
PIETATIS & OBSEQUII CULTU, AD CINERES USq.
DEVENERANDO.

SUB
NOVI ANNI AUSPICIO,
VITAM
LONGÆVAM atque TRANQUILLAM.
SALUTEM INCONCUSSAM,
ET
QUÆCUNQUE BONA,
A DIVINA CLEMENTIA
EFFLAGITARE POSSUNT
DEVOTA FILIALIA SUSPIRIA,
PRECATURUS;
IN PUBLICUM,
GRATITUDINIS
PRO TOT AFFECTUS PLUSQUAM PATERNI SPECIMINIBUS
DEBITÆ
MONUMENTUM,
LABOREM HUNG ACADEMICUM,
EA, QUA PAR EST, OBSERVANTIA,
OFFERT;
SEQ; UNA, ULTERIORI EJUS FAVORI atq; BENEVOLENTIÆ
COMMENDAT
VENERANDI HUJUS NOMINIS
OBSEQUIOSISSIMUS CULTOR.
FILIUS UNICUS
AUCTOR.



B. L. S.

Iraberis equidem, qui me noveris, L. B. vixq;
 ab insignis temeritatis nota, me, primo in-
 tuitu, existimabis iñunem, quod, cum ad-
 descendæ potius solidiori Juris cognitioni,
 Collegiisque, unicè adhuc deberem esse
 mancipatus, libris jam concipiendis ope-
 ram navare, numerumque Librorum atque Tractatum,
 hodiè, proh dolor! sine hoc, & quidem haud adeo in-
 frequenter, absque omni prorsus utilitate, mirum in mo-
 dum jamjām excretum, adaugere contendam; Neque
 forsitan absque causa, multum TIBI de suscepto hocce la-
 bore, quoad maximam partem, auctoritatibus, & præ-
 judiciis, ob ingens, Doctorum, hac in parte silentium, or-
 bato atque denudato, promittes. Verum enim verò
 res mili nihilominus, uti quidem confido, erit omnino
 salva; si modo æquo perpendas animo, ob præsumptum
 hujusmodi ætatis, in qua ego quidem adhuc dego, con-
 filium lubricum atque infirmum, ut loquitur *Ulpianus*
in L. 1. pr. ff. de Minor. 25. ann. rem non statim reprobam
 esse universam, nec saltē conatum quemcunque;
 Cum non solum reperire queas in *L. 91. §. 3. ff. d. V. O.* no-
 tante *J. C. Paulo*, *Celsum adolescentem adhucdum*, sub
Domi-

Domiciano, & in L. 1. §. 3. ff. d. postul. animadvertisente eodem supra allegato Ulpiano, Nervam filium non nisi octodecennem, sub Cæsare Augusto, non dubitate publice de Jure scribere atque respondere, sed &c, quamvis, me ea ingenii felicitate præditum non esse, haud fatear invitus; tritum tamen jamdiu, superfit nobis adhucdum hodiè, proverbium, quod tentare noceat nihil: & quod, utrū deficit vires sit tamen laudanda voluntas. Minime verò omnium, alienum à meo voto, mihi a TE promitto judicium, percepturo potissimum causam atque occasionem, me, ad conficiendum hunc ipsum discursum commoventem. Sedebat nempe mihi, uti quidem par est omnino, diu jam animus, Honoratissimo Domino Parenti meo, præter publicum, ante semestre, & quod excurrit, spatiū, sub Præsidio Magnif. Dn. D. Grassi, Patroni atque Preceptoris mei æviernum devenerandi, defensitatum Specimen Juridicum, continens Differ. Jur. Civ. Rom. & Recess. Imp. Rom. Germ. Sectio VII, mediante documento aliquo æque publico, a memet tamen ipso, elaborato, temporis, ad quadriennium fere, ex quo, me, Eidem, Illustri huic Eberhardinæ, tanquam præ aliis, purioris atque solidioris Doctrinae inventata laude, hodienum præminentι sedi, fontique genuino, placuit concredere, in Studium Juridicum, impensi, rationem reddere qualemcunque. Cum itaque mihi, aptâ hactenùs scribendi materia ferme destituto, forte fortuna se offerret Dissertatio quædam Epistolica, dictata Nomiñi Excellentissimi Dn. D. & Prof. Schöpfii, Patroni atque Preceptoris mei, ad aram usque, pro meritis nunquam satis Colendi, de TUTELA PACTI-

TIA,

... 33 (5) 33 ...

TI A, oder Wormundschafft so aus Zusagen entstehet.
Auth. Dn. M. Adamo Friderico Glaser/Saxon. mihique, il-
lam ipsam perlegenti, & universam rem penitus aliquan-
tulum introspicienti, circa eandem, multa, variaque, sub-
lata mihi adhucdum à nemine, inter plures, quos hanc
in rem evolvi, Auctores, suborta sint dubia, me, in con-
trariam plane ab Illo sententiam abducentia, adeò abs
re non judicavi futurum, hanc ipsam materiam Discursu
præsenti paulò accuratius delineare, juxtaque dubia mi-
hi circa eandem subnata, ad editam hancce Dissertatio-
nem, placide omnino, animoque regerere plane pacifi-
co. In quibus tamen ipsis derelinquendis, siquidem me-
liora fuero edoctus, me spondeo fore haud adeò diffici-
lem. Sit itaque Discursus hujus, *sub auspiciis Divini*
Numinis, melioris ordinis & perspicuitatis gratia.

MEMBRUM I.

D E TUTELA PACTITIA JURE CIVI- LI ROMANO NULLA.

præmissa

*Tractatione generaliori de Tripartita Tute-
la Divisione, ejusque, contra alios, defensione.*

Quanquam intuitu Jūris Civilis Romani, vel alienos quo-
que a mea sententia, ipsumque etiam Dnum Authorem
dictae Dissertationis Epistol. mecum propemodum ha-
beam consentientem, operam tamen, maximè, cùm hīc
à me tradenda, profecta habenda non sint ex animo quo-
dam, laud. Dominum Auth. unice, & ex professo refutandi, sed po-
tius

tius, integrum hancce materiam, à nemine hacenus, quantum mihi quidem constat, vel paucissimis admodum pertractatam, accuratiū pro viribus examinandi, dataque tantum occasione, sicubi ab Eodem discedendum mihi fuerit visum, id ipsum mente bona admonendi, forsitan non egero adeo frustaneam, non solum, præter ibidem hanç in rem jamjam adducta, naturam Tutelæ hujus Pactitiae, secundum Jus nostrum Civile Romanum, paululum latius perspiciendo; Verum etiam illi ipsi tractationi, nonnulla quoque de Tripartita illa Tutela divisione, in Testamentariam, Legitimam, atque Dativam, præmittendo; quò hiscè, tanquam necessariis velut adminiculis atque fulcimentis structis, è facilius deinceps sit, ponderare momenta rei totius, &c., quid denique de Moribus dicendum sit nostris, difficultate dijudicare eo minori.

§. I.

Tutela
in specie ac-
cepta quid
kē?

Quid in genere sit Tutela, accepta non materialiter, &c. in sensu latissimo, (uti quidem accipitur in L. 8. ff. d. J. & J. L. 7. §. f. ff. sol. Matr. L. 15. ff. de impens. in res dot. &c.) sed formaliter, atque in sensu strictiori, & quidem in specie, pro ipsa facultate atque potestate, tuendi eum, qui ob defectum atatis sibi met ipsi proficere nequit, Testamento, Lege, vel autoritate Magistratus, concessa? cum in omnibus jamjam Compendiis atque Collegiis Juridicis, satis, & ad naufragium ferme sit pertractatum, maximè cum in proverbio: *Crambe bis cocta mors esse dicatur*, latius hic discutere, actumque agere, supersedeo.

§. II.

Eius divisio
in Testam.
Legitim. &
Dativam.

Hujus ipsius *preced.* §. breviter definitæ Tutelæ, species, in Jure nostro Civili, reperiuntur tres: **Testamentaria** nim. quæ à parentibus, jure patriæ potestatis, liberis suis impueribus, nec in alterius potestatem recasuris, in testamento: **Legitima**, quæ deficiente Testamentaria à sola Lege, sine hominis facto, immediate; atque **Dativa**, quæ à Magistratu, datur, & constituitur, recente conjunctim, non solum in L. 52. C. d. Episc. & Cler. Sed & à Doctoribus propemodum omnibus, in Commentariis suis, ad Institut. atque Pandect. libros; *Tit. d. Tutelis*, uti videre est inter alios, ap. Magnif. Dñ. D.

Dn. D. Majerum in *Comment. ad Inst. §. 1. & 2. d. Tut. p. m. 237.* B.
 Dn. Lauterb. in *Colleg. Theor. Praef. tit. cod. th. 4. & Illustr. Dn. Christ. Thomasium in disp. d. Tutelis, th. 4. & 7.*

§. III.

His ipsi tamen, haec tenus recensitis speciebus, non desunt qui
 dem, quin superaddant adhucdum complures; Verum haud adeo
 recte: Cum (1.) in hac ipso enumeratione Tripartita, Jus acquirescat
 Romanum; adeoque etiam (2.) per hanc ipsam determinationem,
 uti hoc quoque in aliis contingit materiis, tacite excludere videatur
 alias omnes; & denique (3.) omnes, quotquot à fluctuantibus ta-
 libus, referri solent species, ad unam semper ex hisce tribus, refe-
 ri queant commode; Ut proinde, sicuti nullibi, ita ne hic, *Entia*
preter necessitatem sint multiplicanda, & rectissime omnino, suo
 jam tempore, non immerito dixerit Besoldus in *Tract. d. Tut. & Cu-*
rat. c. 3. eos, qui operose, contra priscorum morem, novas urgeant
 divisiones, *Jus nostrum obfuscare magis, quam declarare*, ap. B. Joh.
Harpprechtum in Comm. ad §. 1. Inst. d. Tut. n. 29. p. m. 488.

Cui non su-
 peraddendæ
 sunt aliae,
 Ratio
 1.
 2.
 3.

§. IV.

Neque vero sententiam hanc ipsam infringet I. in contrarium
 quae proferri posset *Tutela Materna*, opotque quæ, ad trium harun-
 dem specierum proprie referenda videri posset, nullam. Notum ete-
 nim de illa est, quod sec. *Jus Dig. & Codicis*, (vid. *L. f. ff. d.*
Tut. L. 2. C. quando mulier Tut. off.) ad *Datiyam*, secundum vero
Jus novum, contentum in *Nov. 118. cap. 5. ad Legitimam po-*
*tius referenda sit *Tutelam*; vid. B. Laut. in *Coll. dilt. §. 4. d. Tut.**

Obst. videt.
 huic divis. 1.
 Tut. mater-
 na.
 Resp.

& §. 2. seq. d. leg. *Tut. Magnif. Dn. D. Grafs. in Posit. Controv. ad Lib. 1. Inst. th. 10. p. 7. & in disp. d. *Tutela Materna Nobilium Imp. Immed. th. 13. p. 12. & 13. Dn. Christ. Thomas. dict. disp. ib. 4. Struv. in S. J. C. Ex. 31. th. 26. & in Iprud. Rom. Germ. For. Lib. 1. tit. 18. aph. 5. p. m. 57. B. Dn. Stryck. disp. d. *Tut. mat. Princip. Imp. cap. 2. §. 3. infin.* B. Schilter. Exerc. 37. th. 48.**

§. V.

Neque divisio haec infirmabitur II. per Exemplum Tutoris, vel
 Objic. 2.
 Exemplum
 (1.) à Tutoriscon-
 firmati.

(I.) à persona, propriè Jus Tutorum dandi non habente, (e. gr. à matre, liberis suis, ultra legitimam aliquid relinquente, vel ab extraneo, pupillum heredem instituente) vel m. 2. à, Jure hoc ipso gaudente, non tamen rite, nec eo, quò fieri deberet modo, (e. gr. à Patre quidem, sed v. c in Epistola, vel codicilli testamento non confirmatis) constituti, propterea que à Prætore de Jure Civili, (hodiè vero à Magistratu competente quilibet) confirmandi; Siquidem nec in hoc casu, nova fingenda erit Tuteles species; Sed Tutor talis rectius omnino, atque indifferenter, (nullaque adhibita distinctione, an confirmatus sive cum, an vero sine inquisitione; uti quidem volunt Joh. Wurmserus in Nucleo Jur. Cenr. ad tit. Inst. de Tutele. Contr. 4. n. 14. sq. Dn. Thomas. dict. disp. th. 5. ubi illum Dativum, hunc verò testamentariorum vocandum putant) nuncupari merebitur Dativus, vid. Zoës. ad Tit. ff. d. confirm. Tur. n. fin. Treutlerus V. 2. D. 8. th. 2. lit. c. Cujac. ad L. 5. d. conf. Tur. n. 6. B. Lauterb. disp. d. Honorar. Tur. th. 10. n. 7. p. 11. in fin. & in Coll. Theor. Præt. §. 6. d. conf. Tur. Dn. D. Grafs. d. loc. Pos. 9. & d. Tur. Mat. th. 19. p. 19. in fin. Dn. D. Majer. in Comm. ad §. 3. Inst. d. Tur. p. m. 247. Joh. Harpr. ad §. 5. Inst. d. Tur. n. 21. seq. p. m. 502. seq. add. Dn. Thomas. ipse in not. ad Pand. tit. d. Conf. Tur. p. m. 251.

§. VI.

Ratio
 1.
 2.
 ex L. 26. §. fin. d. Test. Tur.
 Hujusque L.
 explicatio.

Idque non solum (I.) argum. L. 6. ff. d. Jurisd. & L. 130. ff. de V. S. ubi etiam *is dare intelligitur, qui confirmat*; sed & maximè (II.) propter L. 26. §. fin. ff. d. Testam. Tur. Cum enim ibidem, de Tutele, à patre, filio exhereditato, contraque Testamentum patris querelam inoff. instituenti, dato, eodemq; à Prætore, propter præsumptionem, in dubio, pro testamento, nunquam nem̄ ilitantem vid. L. 2. ff. d. his q. in tcs. del. illustris Dn. Coccejus in disp. d. eo quod justum est in dub. Sett. 3. §. 7. p. 25. confirmato, exp̄esse dicatur, quod, filio in querela sua obtinente, Testamentoq; , propter exhereditationem iniquam, de Jure, (sec. quod ipsum dijudicandus quoque est textus hic præfens;) antiquiori Digestorum atque Codicis, (de Jure enim Noviori in Nov. 115. c. 3. in fin. contento, cum per querelam inoff. Testamentum rescindi tantummodo constet quoad heredis institutionem, quoad reliqua verò capita, & in specie quoque, quoad Tutoris datio-

nen

nem habeatur tanquam non recisum, vid. Dn. D. Majer. ad §. 3. & 4.
Inst. q. test. Tut. dar. poss. p. m. 250. adeoque robur suum omne ex
testamento retineat Tutor, res est admodum expedita, suaque fuit
sponte, illum, & rescissō quoque Testamento, nihilominus manere
Testamentarium, de Jure Civili plane nulla, neq; ante neq; post
rescissionem, de Jure vero moderno, non alia, quam alias etiam, in
Testamentario intervenire solita, indigentem confirmatione:) adeo
rescissō, ut ex eo valuerit plane nihil, vid. L. 8. §. 15. L. 13. L. 28. *F. d.*
inoff. Test. illudque retro apparuerit nullum, B. Harppr. ad §. 3. *Inst.*
d. Tut. n. 14. (de casu enim, quando subsistit Testamentum, filiusque
in querela sua succumbit, quin Tutor ibidem constitutus permaneat,
semper eriam fuerit Testamentarius, nullum superest dubium du-
bium; nec, cum datus fuerit non solum à parte, vi patriæ potestatis, per
exheredationem neutriquam sublate, vid. Vinn. ad §. 4. *Inst. d. Pup.*
Subs. num. 4. Hoppius ad §. 3. *Inst. d. Tut. p. m. 133.* Dn. D. Majer.
d.l. Lauterb. in Coll. Tit. d. Test. Tut. th. 13. & 15. B. Harppr. d.l. n. 12. seq.
sed & præterea in testamento solenni, adeoque orine suum esse habeat
ex ipso testamento, antecedanea illa Prætoris confirmatio operabitur vel
quidquam:) Auctoritatem suam accepit à confirmatione Præ-
toris opposite ad Testamentū; Merito nuncupandus exinde colligitur
Dativus; (quiproinde etiam, maximè, cum Testator talis deinceps
habeatur perinde ac si decepisset ab intestato, vid. Laut. in Coll. Tit.
d. success. Jur. Noviss. sec. Nov. 118. §. 3. non solum tenetur ad
ministrationem cedere parentibus post recisum Testamentum, legi-
timis, sed &, his ipsis deficiensibus, vel eandem repudiatis: à
Magistratu confirmari, s. quod melius, denudò constitui, vel etiam re-
moveri poterit pro libitu, &, si quidem postea iterum constituere-
tur, non aliter ac extraneus alius, omnimodo vocandus esset mere
Dativus.) Neque verò est, quod dicat hic quispiam, Tutorem, hoc
in casu, non tam dicendum esse confirmatum, quam potius in totum à
Prætore constitutum, adeoque mere atque simpliciter Dativum, cum
ex testamento illo plane nihil haberet roboris; & etenim, licet hoc
quidem ita sit, validitatis Testamenti, quia tamen (1.) eo tempore,
de Justitia vel Injustitia exheredationis nondum apertò constitut; sed
potius (2.) omne, quod intercessit à Prætore, factum fuit intitu testa-
menti,

Ad object.
contra illam

Resp.

1.

2.

menti, jam tūm, propter metum subsecuturæ refusioñis, non in totum amplius integrī ; (3.) confirmatio illa facta tantummodo est ad eam item, atque sub conditione quasi ; & denique (4.) admissus fuit hic Tutor præ Legitimis, Agnatis scil. Cognatisve; non sane dici poterit merē, arque simpliciter, sed rectius confirmatus Dativus ; cum simpliciter Dativus, nec admixtum quid habens ex testamento, non tantum à Magistratu, pupillo, alium tutorem ex testamento non habentis, ad certum solūm do negotium, atq; sub conditione tantum, constitui non possit ; vid. Lauterb. d. Test. Tut. §. 8. Sed etiam præferti non debeat Legitimis tutoribus existentibus aliis. (III.) quia Divisio Tutelæ, in Testam̄. Legitimam, & Dativam, desumpta est à Causa Efficiente; Hujus verò Tutelæ præcipua Causa Eff. est Magistratus, ejusque Autoritas atque Confirmatio, cum omne suum esse & robur, vimque demum omnem, accipiat ab hac ipsa confirmatione, Joh. Harppr. ad §. 5. Inst. d. Tut. n. 23. Unde etiam (IV.) ante confirmationem hanc, hujusmodi Tutor necquicquam peragere potest recte atque valide , nec, ante Confirmationem Prætoriam, (secus ac si esset Testamentarius, vid. L. 6. C. d. Test. Tut. L. 1. §. 1. ff. d. Adm. Tut. L. 5. C. d. peric. Tut. Dn. Henr. Coccejus in disp. de his que prepostere sunt, cap. 2. Sect. 4. §. 13. p. m. 71.) tenetur, neque etiam potest se immiscere administrationi, Laut. in Coll. Tir. d. Conf. Tut. th. 5. B. Harppr. ad dict. §. 5. n. 24. (ubi etiam n. seq. 25. notat, in Fragmentis Institut. Ulpiani, tir. 11. d. Tut. Test. §. 1. infin. illos expresse vocari Dativos :) nec, si damnum interea temporis patientur bona pupillaria, eidem quidquam est imputandum , per L. 2. C. d. Conf. Tut. cum obstrictus non sit petere ut confirmetur, Dn. Christ. Thomas dict. disp. d. Tut. th. 12. (V.) Quia etiam in Casu absque inquisitione confirmandi Tutoris, hæc ipsa, sequendi voluntatem defuncti, necessitas, non statim hoc operatur, ut Prætor, omne demum esse specificum , per suam confirmationem, Tutori concedens, non amplius sit Causa Efficiens, Dn. D. Majer ad dict. §. 3. Inst. d. Tut. p. m. 247.

§. VII.

Quām vel r. Et hoc , meo quidem judicio , melius , quam si ita confirmatura Testamen- vocaremus Testamentarium; Cum haecenū dicitis accedat (1.) quod tarius. Ratio 1. sec. L. 3. §. 1. ff. d. Test. Tut. illi demum accipiendi sint testamento dati, qui

qui jure sunt dati, hic vero ipse, minus omnino jure sit datus, juxta L. seq. 4. cod. & L. i. §. 1. ff. d. Confirm. Tut. Harppr. ad d. §. 5. Inst. d. Tit. n. 21. (2.) propter L. 3. ff. d. Conf. Tit. ibi: perinde: ex quo ipso vocabulo validissimè omnia colligitur, re ipsa illum non esse Testamentarium, sed in hoc tantum, de quo in d. l. quæritur, pro rati haberi, Lauterb. d. §. 6. d. Conf. Tit. Et licet ab hac ipsa pro pugnata haec tenus veriori sententia, discedant, illumque dicant Testamentarium, Gothoff. in Not. ad L. 32. ff. a. Excus. tut. lit. k. & l. P. Heigius in Quæst. Jur. p. 2. qu. 12. n. 8. Joach. Hoppius ad §. 5. Inst. d. Tit. p. m. 136. Vinn. ad eund. n. 4. Struv. Ex. 31. th. 21. Dn. Böhmerus ad Pand. tit. d. conf. Tit. n. 4. B. Stryck. in Us. Mod. §. 1. & ad Schützii Comp. Jur. voce: Dativus tamen est, p. m. 708. Dn. Mencken in Tr. Pand. Syn. cod. tit. d. conf. Tit. p. m. 365. Dn. Joh. Joach. Schöpffer. in Synopsi, dict. tit. num. 5. aliquie adhucdum perplures; potissimum propterea, quoniam (1.) ita confirmatus præfetur Legitimis, per L. 27, pr. ff. d. Test. Tit. (2.) confirmari debet secundum mentem & voluntatem, Patri L. i. §. 1. ff. d. conf. Tit. & denique (3.) non solum quod satisfactionem, vid. L. 3. ff. cod. sed etiam quoad excusationem, indeque resultantem Legari amissionem, vid. L. 32. ff. d. Excus. Tit. perinde habetur ac Testamentarius alius: Iisdem tamen propterea subscribere nondum possum ex eo; (1.) quia textus dict. L. 27. quod probare deberet, probat adeò parum, ut clucescat potius ex eo contrarium; *Cafus* etenim ibidem proponitur de Tute, à Patre, filio in potestate sua existenti, recte omnino constituto, in Testamento solenni, quod ipsum tamen nullum, falsumve dicit filius, patrem pratendens decepsisse intestatum; *Qui* ipse deinceps deciditur ita: ut, quia tamen de eo non dum constat, præsumendum potius sit, donec probetur contrarium, pro Testamento, Tutorque in illo constitutus, ad eam item (i.e. ad illud ipsum Testamentum, nomine pupilli impugnandum) confirmandus, inò etiam legitimis dicitur esse præferendus. Verum propter hanc solam prælacionem præ Legitimis, illum nondum habendum esse pro testamentario, constat in primis exinde, quod prælatio illa, in casu facta confirmationis, non est perpetua; vid. dict. L. 27. ibi ad eam item; sed & hic, uti in casu præ. th. 6. enucleato, tota quo-

B 2

Objic.

1.

2.

3.

Resp. ad
dubium.

4.

que

que res dependet à futuro litis exitu: Aut enim testamentum repertur, vel in probatione deficiente filio, pronunciatur firmum atque verum, & tunc omni tempore fuit, atque etiam manebit Tutor mere **Testamentarius**, neque, ante sententiam illam, facta Praetoris confirmatio, naturam ejus alteravitullo modo: Aut inventitur nullum falsumve & tunc, cum tale testamentum, nullas prorsus habere queat vires, nec etiam voluntas si defuncti Patris; neque facta in eodem Tutoris constitutio, neque subsecuta etiam, propter præsumptionem pro illo, Magistratus confirmatio, ulteriorem validitatem sibi promittere, perque eandem, Agnatis, Cognatisque aliquod inferri poterit præjudicium; Sed potius, & in hoc quoque casu, locus fiet Tutelæ Legitimæ, hac ipsa verò deficiente, Dativæ, à Magistratu, etiam in alium, pro libitu, transferenda. Interimque confirmatus à Pratore Tutor, fuit utique **Dativus**; id quod manifestè appetit ex verbis hujus L. 27. initialibus, *idem fiet*: collatis cum verbis finalibus prox. *preced.* L. 26. §. fin. (2.) quia ad textum alterum in L. 1. §. 1. ff. d. corf. *Tut.* non male responderi poterit, Pratorem catenus tantum sequi voluntatem patris, quatenus ad cerram adstrictus est personam; Formam tamen, ipsum demum, confirmatione sua inducere, facetque, ut Tutor vere sit Tutor, officiumque suum exercere possit legitime; ita, ut, cum materialiter tantum sit ex testamento; Formaliter verò ex confirmatione, *Forma* verò *det esse rei*, minimè vocari queat **Testamentarius**, sed necessario muncupandus sit **Dativus**, vid. Harppr. add. §. n. 29. §. 30. p. m. 503. maximè, cum, (uti supra quoque in §. præc. circa fin., jamjam est monitum) nulla prorsus sit sequela: Qui facit aliquid ex necessitate, ille non est ejus causa Efficientis. Ad textus verò in contrarium allatos, loco (3.) respondendum mihi videtur, quod, quamvis negari haud possit, hanc ipsam Tutelam, in quibusdam, naturæ Tutelæ Testam. accommodato gaudere effectu; propterea tamen, quia in definienda controversia hac, ad causam potissimum respiciendum est Efficientem atque formam, illam mereri neque nomen **Testamentarius**, neque etiam **naixta**, add. Dn. D. Majer, in *Comma. d. l. p. m. 247. in fin.* uti quidem posterius hoc volunt Vinnius.

Ad 2.

Ad 3.

ad (2.) mixt.

p. 2.

p. 2.

nus ad §. 5. Inst. d. Tut. n. 4. circa fin. Joh. Wurmserus in Nucleo Jur. Controv. ad tit. Inst. d. Tut. contr. 4. n. 20. seq. p. m. 177. & Dn. Henr. Coccejus, in disp. de his, que prae postere sunt, S. 4. c. 2. §. 9. p. m. 68. & in Hypomn. Inst. d. Tut. n. 4. cum ad hoc, ut aliquid proprio dicatur mixtum, requiratur, ut mixtio illa descendat ex uno eodemque fonte; in hoc vero nostro casu, fons pratenus hujus mixture adit plane diversus; siquidem, ut dictum à Forma, atque Causa Effic. est dativa, & tantum intuitu quorundam effectuum vocari deberet Testamentaria, quod tamen ipsum, mea sententia, atque diceretur male, ac si e. g. conditionem certi ex mutuo, actionem in se stricti Juris, postquam illa hodie, per Rec. Imp. noviss. d. A. 1654.º. anreichend num. 174. rat. usurarum, effectum adepta est actio- nis b. f. de quo latius vid. Excellent. Dn. D. Gras. in Collat. Jur. Civ. Rom. cum Rec. Imp. Sett. 6. p. 22. seqq. vocare vellemus act orem mixtam; Cum alteratio in uno altero effectu, non adest attendenda, ut propterea universo Negotio, aliam confessim attribua- mus Naturam.

§. VIII.

Succedit denique III. atque ultimo loco, considerationi huic, præ aliis, propria, quæ Tripartitam nostram Tutela divisionem impugnare viderur, Tutela pacititia, sive conventionalis, mihi hinc non accepta pro illa, quando Tutoribus, in Testamento à Patre, aut etiam à Magistratu, datis pluribus, uni ex illis, per maiorem Tutorum partem, electo, conceditur Administratio; de qua reque non nova specie, sed administrationis tantummodo, Tutela jam antea constituta, concessione, vid. pst. B. Lauterb. in Coll. th. 17. ad. Administr. & peric. Tut. & in disp. d. Tut. bon. th. 13. n. 1. p. 14. Sed, pro illa, quæ filio constituta fuit à Patre, interveniente actu quo-dam inter vivos, pacto nim. sive conventione, aliasque etiam vocari solet promissa, & ex mente eandem fingentium, nihil esset aliud, quam Facultas tuendi illum, qui per actatem se defendere nequit, à Patre, mediante aliquo pacto, vel conventio-ne, alicui concessa, ab eodemque vivo adhuc Parente, per subsequitam promissionem, acceptata. Verum enim vetò & hanc quoque, magis adhuc, quam de alius dictum est hactenus, & in to-

Ratiō

Divisionem
Tut. tripar-
tite
impugna-
re viderur
Tutela
Pacititia.
Significatio-
ejus Remo-
tiva.

Positivæ

Eius demde-
finitor

B. 3.

Verum nec
per hanc, di-tum, tam quoad verba, quamquoad rem, non tantum esse præter-
vis illam in-sed & vel maxime contra Jus nostrum Civile Romanum, &
fringi pro-
batur.

1. per talen conventionem plane non constitui quem Tutorem, pate-
ficit ex eo: quod (1.) Tuteラ hujus, in universo hoc Jure, non nisi
tres illas, supra enumeratas species, agnoscere, neque quoad ver-
ba, neque quoad rem, vel minimam tantum reperi liceat mentio-
nem; Id verò quod non cantat Lex, nec nos cantare debeamus; cum
sec. Imperatorem in Nov. 118. c. 5. absque Lege loqui si utique eru-
bescendum; (2.) quia hoc modo, & si admitteremus distinctionem
illam, hoc vel illud esse tantummodo præter Jus Civile, temere
eludere possemus Juris nostri dispositiones pene omnes; quod quan-
dò licet, de Jurisprudentia nostra universa actum sanè eset ad-
modum peccatum, & maximè quidem in casu quoque præsenti; siquidem
de illo notandum adhuc est (3.) quod, cum Jus Romanum, & hac
in parte, certos præscribere voluerit modos, quibus semet accom-
modarent subiecti, concessio illa, constituendi Tutores, Patri, in Le-
gibus XII. Tab. facta, eò minus tam larga videatur esse interpreta-
tio-
nis, ut extendenda quoque sit ad negotia alia, à Testamenti factione
plane diversa atque aliena, quod in L. 1. §. 1. ff. d. Conf. Tut. expresse
requiritur ut Pater hoc ipsum perficiat in Testamento, ab hoc au-
tem non licet argumentari ad actus inter vivos; præprimis cum ne
quidem recte hoc fieri dicatur in Codicillis testamento non confir-
matis, aut Epistolis, maximam licet cum Testamento affinitatem ha-
bentibus. Et, cum denique constet (4.) in Jure Romano, regula-
iter omnem omnino denegari obligationem Civilem, effectumque
agendi Pactis scribite atque in specie ita dieis sive, quod idem, pactis
tantummodo nudis, vid. L. 7. §. 4. ff. d. Paet. L. 15. ff. d. Prescr. Verb.
L. 10. & L. 21. C.d. paet. L. 1. C.d. Pactis Conv. L. 27. C.d. locat. Lauterb.
in Col. Tit. d. Paet. §. 16. seqq. & ad tit. de Conf. Pec. th. 4. Struv. Ex.
6. th. 13. seqq. Schœfferus, num. 6. d. Paet. B. Stryck. in Us. Mod.
§. 1. d. Paet. Dn. Coccejus in disp. d. Uju. & Diff. Hodierno Paetor. &
Stipulat. Secl. 1. §. 20. p. m. 12. in fin. Dn. Petr. Ludewig in Differ. Jur.
Rom. & Germ. in TuteL Diff. 4. lit. xx. p. 7. etiam si vel (1.) serio, animo-
que deliberato initis; vel (2.) determinatum quoque ad contrahen-
dum consensum continentibus vid. L. 45. ff. d. Paetis; Dn. Coccej.
in disp.

in disp. d. *Jure circa actus imperfectos*, Sect. 3. §. 30. & 31. Dn. Laur. Andr. Hambergerus, in *Comment. Theor. Præst. de Non Uſu Stipulat. usūq. Paſtorum in Foris Germanie c. 1. §. 2. & 3. p. m. 4. seqq & §. 8. p. 14. & 15.* fecus ac vult Dn. Henr. Bodinus *disp. d. Vindictis Paſtor. Jur. Rom. th. 38. p. m. 30. seq.* Cubi existimat, ex Paſtis plane determinatis, sive ut illa vocat, Paſtis Conventis, Prætotem quoque conceſſisse actionem, provocare ad L. 7. §. 7. L. 13. ff. & L. 29. C. d. Paſt. & quia jam de Jure Civili, competitorit exceptio ex paſtis nudis, qualia Ipsi in §. 8. & 19. p. m. 8. & 22. dicuntur: ubi vel plane non adest animus semet obligandi; vel intervenit quidem aliqualis, sed nondum satis certa atque determinata, nec ad firmandam, vel tollendam in totum, obligationem, sufficiens voluntas) imo ne quidem sufficere illa ad tollendam obligacionem *Civilem, ipso Jure*, Laut. d. l. §. 34. Schœppff. d. l. Struv. d. Ex. 6. th. 15. 16. Stryck in U. M. §. 9. d. Paſt. add. Dn. Bodinus *diff. disp. th. 15. seq.* Hoc ipsum autem negotium nullibi etenim reperiat exceptum; Merito quoque secundum hanc dispositionem, erit dijudicandum.

S. IX.

Huic verò ipsi Sententia, non obſtat vel (I.) à B. Dn. Sam. Stryckio, in Us. Mod. tit. d. Int. §. 14. (non 4. uti, errore forſitan typographico, dicit, laud. *Diff. illius Epif. Dn. Author.* p. 3.) pro valideitate hujus promissionis, (neque en. B. Dn. Sam. Stryckium ipſum, Separatam hanc, & quartam Tutelæ speciem conſtituere, sed eadem potius Tutela Testamentaria confirmatæ, diversam tamen, à Tripartita illa divisione, sec. *superius tradita* nullatenus efficien- ti, annumerandam voluisse, patet ex verbis illius §. seq. *Faciunt nonnulli quartam speciem Tutela, promissa ſcil. quando ad ſolicitationem ſeriam defuncti, quis promiſt, ſe Tutelam liberorum ſuorum ſucepturum eſſe*, §. 9. *Inst. d. Excufat. que quidem, [intellige] rat. validitatib[us], utpote de qua etiam tantummodo, ut & de prærogativa præ legitimiſ, loquitur alleg. ibid. R. ſp.] admitti potest;* Sed imperfetta eſt, & confirmatione ſpeciali indiget, adeoque ad confirmationem testamentariam, [ex hypotheſi ipsius, quaſi Tutela hec etiam in Jure Civili aliquod haberet fundamentum] referri poſſet) indeque reſultante necessariā Magistratus confirmatione, adductus §. 9. *Inst. d. Excufat.* Vereor etenim non immerito, ut, ſiquidem ex textu hoc probate

Oppon. I.
à B. Sam.
Stryckio, §. 9
Inst. d. Excufat.
Explicatio
mentis B.
Stryckio.

probare conaremur Tutelam Pactitiam, vel quoad nomen, vel quoad obligationem, ex promissione tali profectam, & h̄c locum habeat illud J. C. Celsi in L. 24. ff. d. LL. Incivile nim. esse, nisi tota

**Expliatio
spius & po-
nitiva.**

*Legi perfecta, una aliqua particula ejus proposita, judicare vel re-
spondere;* Cum, si modo perlegatur integer hic textus, abunde ex eo patet, non ibidem sermonem esse de Tute merē Pactio, sed potius de tali à Patre in testamento dato, qui, nisi patri Tutelam Liberorum, præter factam in Testam. constitutionem, pro-
misisset, alias jure ferner ab eadem excusare valerer: Verba en. §, il-

lius sunt hac: *Item si propter inimicitias aliquem Testamento tutorem pater dederit, hoc ipsum prestat ei excusationem;* Sicut per contrarium non excusantur, qui se Tutelam administratores, patri pupillorum promiserant. Sane, cernere h̄c licet culibet, nervum hujus §. redire maxime ed: Quod, licet quidem inter cau-
fas, sese à Tutela excusandi legitimas, omnino etiam sit hac: Si quis à Patre pupilli datus sit Tutor, propter inimicitias, i. e. ex odio, aut ex mero rancore, saltem, ut agrè faceret alteri, ei molestiam & periculum crēet, ipsumque tutela oneret intricata, uti hunc textum, rectius, quam Dn. Auth. *Dissert. Epist. p. 3. circa fin.* (intelligens illum de casu, ubi interfuit quidem inimicitia; eadēm vero postea sublatā, ad declarandum animum plenē reconciliatum, moribundus, hunc ipsum reconciliatum inimicum, Tutorem liberis suis constituit; atque existimans, locum tunc nihilominus adhuc futurum Excusationi; Cui tamen sententia aperto repugnat §. ejus d. tit. seq. 11. ubi casus ille demum examinatur, & è diametro deciditur in contrarium, quod, siquidem intervenerit reconciliatio, [que ipsa tam-
en tacite intervenisse præsumitur tunc, si pater talem inimicum Liberis suis dederit Tute, nisi ille aperto, se propter inimicitias Tutorem datum esse, docere queat, vid. L. 6. §. 17. ff. d. *Excus.* Hop-
pius, ad cit. §. 9. p. 210. Vinn. ad eund. & ad diit. §. 11. num. 1. Cum inimicum Tute dare suis liberis, repugnet Naturæ tutelæ, ut-
pote quæ committi solet non nisi amicissimis & fidelissimis, L. 36. ff.
d. *Excusat.*] etiam si inimicitiae fuissent capitales, excusatio amplius non habeat locum; quod ipsum etiam confirmant Laut. in Colleg.
tit. d. *Excusat.* th. 10. ibi: *reconciliatione nulla interveniente;* B. Dn.
D. Frommann. *diss. d. Inimicitia,* th. 20. num. 6. p. 19. verb. non re-
conci-

Ramotiva.

conciliata. Harppr. ad cit. §. 9. n. 6. p. 637. Hopp. d. l. maximè, cùm adhuc de Justitia excusationis, etiam propter Inimicitias capitales, post conditum demum testamentum intervenientes, sit dubitandum, vid. Lauterb. d. l. nisi alia adhuc justa adhuc causa, vid. Vinn. ad dict. §. 11. Hopp. ad eund. p. m. 211.) explicat B. Harppr. d. l. n. 1. Vinn. Hopp. p. m. 210. Dn. D. Majer p. 307. & Commentatores communiter omnes ad §. illum 9. B. Lauterb. d. l. Schoepfier. n. 14. eod. B. Dn. D. Frommann. dict. disp. cit. loc. Interim tamen è contrario, si Tutor talis datus ipse, patri Testatori, se Tutorem liborum ejusdem futurum, promiserit, neque hanc ipsam, neque etiam alias, tempore promissionis jam præsentes, nec postea demum supervenientes, justas excusandi causas, opponere amplius queat, tūm, quod fidem fallere sit grave, L. 1. pr. ff. d. pacl. & L. 1. pr. ff. d. Conf. Pec. tūm, quod excusationibus jamjam præsentibus, renunciassie videatur, vid. L. 15. §. 1. ff. d. Excus. Favori vero, atque beneficio, pro se introducto, renunciare licitum sit cuilibet. L. 46. ff. & L. pen. C. d. Pacl. L. 41. ff. d. Minor. & similib. Vinn. Hoppius, Harppr. ad dict. §. 9. n. 8.

§. X.

Nec oberit (II.) textus L. 29. ff. d. Testam. Tut. ex cuius ver- Obst. II. L. 29.
bis finalibus: *Curatorem dandum, nec admittendam excusationem,* ff. d. Test. Tut.
quam jure publico habebat, quoniam promisisse videbatur: Resp. ad il-
lum, ut & ad
videri quidem aliqui posset, rationem, cur admittatur talis, esse fa-
ctam illam promissionem: Sed nec ibi promissionem esse simplicem, L. 18. §. 1. in
sed qualificatam, patescit ex verbis antecedentibus: qui se testa- fin. ff. d. L.
mento, &c. ubi expressè fit mentio testamenti, qua ipsa quoque responso, similiter recurrit ad L. 18. §. 1. in fin. ff. d. Leg. Corn. d. Corn. d. falsa.
fals. propter occurrens ibidem expressum Testatoris vocabulum. Obst. III. L. 15
Nec (III.). L. 15. §. 1. ff. d. Excus. tenoris seq. qui Patri promisit, se & ff. d. Excus
fore tutorem liberorum, excusari ab hac tutela non potest: Nam & Resp.
hunc textum de Tute, vel ante, vel post post promissionem, in L. 18. §. 1. in
Testamento dato, intelligendum, adeoque verbis: qui Patri pro- fin. ff. d. L.
misit, se fore Tutorem liberorum, supperaddendum esse, & vel
jam antea, vel etiam postea in Testamento, in hunc effectum est confir-
matus, dubitate nos non sinit Analogia Juris, textusque hanc in
C rem

Respons. ad rem prostantes specialiores alii. Ut proinde, in genere, ad textus omnes hos hactenus allatos omnes, commodè responderi queat, in illis non textus, generalis.

dici Tutorum fieri, sed testamento vocatum, se excusare à Tutela non posse, si vivo ejus fecerit spem, promittendo Dn. Petr. Ludewig. dict. disp. d. Diff. Jur. Rom. & Germ. in Tut. Diff. q. lit. XX. in fin. p. 17. agnoscente hoc quodammodo ipso B. Dn. Stryckio, in Not. ad Laut. Comp. Jur. tit. d. Excusat. verb. promiserint p. m. 720.

Nec (IV.) L. 1. §. 1. (non 2. uti extat ap. B. Stryck. In U. M. d. Obst. IV. L. 1. §. 1. ff. d. Conf. Tit. ubi etiam ille, ad quem defunctus dixit: Preccor te curam habere rerum, secundum mentem patris dicitur esse confirmandus; Cùm & hic fallaciam fieri divisionis, precesque illas in testamento esse factas, videre licet ex eo, quid in prox. praeced. verb. ejusd. §. expresse dicatur, Patrem recte quidem Tutorum dare liberis suis, sed in Testamento, de quo ipso etiam sermo est in integro illo §. usque ad verba: aut in Codicillis: Quod autem, non obstante datione in Testam. solenni, & quidem à Parre, facta, nihilominus adhuc opus hic sit confirmatione, venit non tantum dehinc, quod datum sit verbis precariis, non directis, uti in not. ad L. 13. §. 12. ff. d. Excus. lit. s. subicit Gothofredus, & probat etiam Dn. Mencken. in Tract. Synopt. Pand. tit. d. Conf. Tit. princ. p. m. 304. sed & exinde quoque, quia, cum Tutor detur principaliter personæ, vid. §. 4. Inst. q. Test. tut. dari &c. minus vero tantum principaliter rei; sub mandata cura rerum, propriè non etiam contineri videtur Tutela Pupilli.

§. XI.

Oppon. v. Neque denique ad Adversariorum castra seducere me poterit Argum. de- (V.) Argumentum desumptum ab Epistola, utpote in qua Tutoris à sumptum ab Epistola. patre facta Constitutio, etenim quidem valet, ut, juxta L. 2. C. d. Conf. Tit. confirmandus sit à Prætore, secundum mentem & voluntatem Patris; & etenim, per Epistolam ibidem non intelligendam esse Epistolam quandam vulgarem, sed potius Instrumentum ultimæ voluntatis, in formam Epistole conceptum; Idque colligere licebit vel exinde, quod (1.) similis hujus vocabuli simpliciter quoque positi, significatio occurrit in textibus Juris aliis, exem. grat. in L. 77. §. 26. pr. d. Leg. 2. L. 41. §. 2. L. 37. §. 3. L. 78. §. 1. d. Leg. 3. L. 75.

L. 75. ad SC. Treb. L. 30. §. f. pr. d. adim. Leg. L. 7. C. q. test. fac.
poss. L. 22. C. d. fideic. L. 1. §. 1. C. d. Latin. Libert. L. 4. C. d. his qui-
bus ut indign. vid. Lauterb. disp. d. Epistola. c. 1. th. 3. p. m. 9. Struv.
Ex. 34. th. 68. (2.) quia notum est, de Jure Civili, tutorem non alio
constitui posse modo, quam per speciem ultimam voluntatis, bono-
rum quoque simul dispositionem, continentem. Quin, posito, Resp. [¶]
nullatenus tamen concessio, Epistolam ibidem accipiendam esse in
senso vulgari, arque proprio, exinde tamen ad validitatem pacti nu-
di, de Jure Civili in totum inefficacis, firmiter argumentari nondum
liceret.

Ex quibus ipsis haec tenus deducitis, cum luce meridiana clu-
cescatur clarius, nullam ex Jure Civili Romano, petere posse firmata-
tem, Pactitiam Tutelam, plura, ad demonstrandum hoc, asserte desi-
no, conversurus me potius absque mora ulteriori, ad Discursus
hujus

Conclusio
quoad Jus
Civ. Roma.

MEMBRUM II.

DE TUTELA PACTITIA, ET JU- RE HODIERNO NULLA.

POstquam in Superioribus, Tutelam Pactitiam, nullum prorsus ro-
bur ex Jure Civ. Rom. sibi promittere posse, abunde jam, ut op-
nor, est demonstratum, nihil nunc amplius supereesse videtur, quam, ut,
annon saltem hodie, moribusq; nostris, Tutela
talis subsistat, effectumque habeat Tutela le-
gitime constituta? dignoscamus.

§. I.

Et ne hoc quidem esse affirmandum, sed, non tantum hoc ipsum
nomen, verum & rem quoque universam roboris esse admodum Tutelam Pa-
ctitiam, nec
exigui, evinci poterit, prater alia complura, in responsionibus ad hodie esse
argum. in contrarium allata, reperiunda fundamenta, vel ex hoc u-
nico

nico principio immobili: Quod Jus Civile Romanum , in Germania nostra valeat ut Jus Imperii Scriptum , vid.Dn.Schöpfferus
 probatur exinde; Quia Jus Rom. in Imperio nostro valeat ut Jus Imperii Scriptum.

in Syn. in prefam. p. m. 1. latus hoc ipsum, per rationes , Constitutionesque Imperii publicas, demonstrantibus B. Dn. Lauterb, in Coll. Theor. Pract. in Proleg. §. 2. n. 14. p. 6. & 7. B.Stryck, in Us. Mod. Disc. prælim. §. 24. seqq. Dn. Henr. Coccoeo in Hypomn. Inst. princ. Authoris Diatrib. Histor. Jurid. d. Recept. Jur. Rom. &c. Seſt. 1. §. 9. seqq. p. m. 26. seqq. & noviss. Excellent. Dn. D. Moeglingo , Patrono atque Præceptore meo , singulariter Suspiciendo , in Collat. Jur. Civ. Rom. cum Statutario Suevo-Halenſi , in Prefat. p. 6. &, Leg. nitens Justinianea, etiamsi vel (1.) observantiam ejusdem probare nequeat ; vel (2.) extet Jus Germania antiquum , cuius tamen vigor atque observantia nondum est probata, tamdiu intentionem habeat fundatum, donec adversarius, vel (1.) Jus, aut Conſuetudinem monſtret posteriorem contrariam , (cum Lex in corporum ſit tamdiu, donec conſlet abrogatione) vel (2.) observantiam Juris proberet antiqui, proberet vel r. vid. B. Laut. d. l. antea laud. Auth. Diatr. Seſt. 2. §. 3. p. m. 44. & 45. obſervantia & Seſt. 3. §. 2. & 4. p. 49. & 50. Cum itaque Tutela haec Paſticia , Germ. vel 2. per ſuperius tradita, ſit aperò contra Jus Civile Rom. nec ad eius Statut. aut Conſuetudo posterior conſtricta, legitimæ atque Dativæ Tutela, ſpeciebus fuſſe contentos, Pro Tutela prærogativam regulariter tenente Legitima , vid. Dn. Christ. Tho- verò Paſticia nihil hu- R. Pol. d. Ao. 1548. t. 31. & 1577. tit. 32. diſerte atque nominatim, jusmodi al- trium quoque tantum illarum ſpecierum fiat mentio ; vel (3.) Conſuetudo aliqua in Imperio Universalis, qualis omnino in hunc effe- ctum necessariò requireretur, cum ex uno altero Exemplo , pa-

Merito eti- rum adhuc concludere queamus validi ; Merito & hic locum fortie- am hic lo- tur reg. L. 27. C. d. Testam. &c, ubi Statuto vel conſuetudine aliud in- cum ſibi vindicat Reg. L. 27. C. d. T. non reperimus , contra validitatem hujus Tutelæ pro- nunciare debebimus eatenus, ut, niſi concurrant circumſtantiae quādā graviiores , per eandem nequaquam exclusi ſint Agnati , nec etiam Magistratus ad eosdem conſirmandos ſit obſtructus.

§. II. Op-

§. II.

Opinioni verò huic, nec quicquam refragabitur (I.) Argumentum petitum ab æquitate Naturali, & quod Naturali tamen ratione æquum sit, non solum ita promittentem suis stare promissis, sed & præterea quoque, Magistratum ipsum, in eo voluntatem sequi Parentis. Licit enim de Jure Naturæ certissimum sit omnino, in genere, quemlibet teneri sua promissionis servare fidem, illudque omittentem, in jura Socialitatis peccare admodum gravissime; Ex hoc ipso tamen Principio generaliori, nondum poterit evinci, propterea & Magistratum etiam pronunciare debere pro Tutela hacten. Conseq. ce Pacititia; Cum enim constet, mero Jure Nat. (quamvis rationi ejusdem conveniens sit utique, pupillum alterius regi consilio, sec. §. pen. Infl. d. Attil. Tut.) præter Naturaliem illam Parentum tutelam, aliam definitam esse nullam, sed hoc omne ex Jure provenire Positivo atque Civili, ex mente Illustr. Cocceji disp. d. Tutelis Illustrum, Sect. 1. §. 2. & 4. & Sect. 2. §. 7. p. 17. Lex atque Magistratus Civilis, à cuius adeò introductione provida, Tutela, parentibus defunctis, per alios gerenda, dependet, Jure omnino, illam ab Objecto pactorum eximere, & per quodnam negotium præcisè constitui debet; eatenus potuit disponere, ut, si qui hō modos, publicè probatos aspernati, uterentur aliis, illi in pœnam negligentiae, omnipotens carerent effectu. Si itaque subditorum est, Leges, Legumque formas, in casu obveniente, observare, bonusque Civis se quoque secundum illas accommodare voluisse creditur; Nullo plane Jure, Magistratus, ad admittendum Tutorem, contra modos à te probatos atque introductos, constitutum, dici poterit obligatus, sed sibi meti ipsi imputare debet talis constituens, quod voluntas sua, siquidem etiam fuit seria, quod tamen in hoc casu vix præsumitur, debitum non nacta fuerit effectum; perinde uti alias quoque, e.g.r. in Revocatione Testamento verbalis, vid. Laut. d. Injust. rupt. irr. th. 12. aliasque materiis adhuc compluribus, pronunciare solemus. Imo potius, cautum hic, nec nimis largum esse oportebit Magistratum, cum de præjudicio agatur Tertiis, Legitimorum nempe tutorum, quos tamen, Matrem maxime, atque Aviam, ad Tutelam Liberorum Neptorumque suorum, vocat ipsa affectio atque Pietas

Et utique, proprius præjudicium Agnator. atque Cognator. causus esse hic debet Magistratus.

Resp. naturalis. Unde sua quoque elucescit sponte, quid dicendum sit ad Argum. ad Argumentum illud: quod, quia Pater, pro affectu suo, in Li- Quod Pater beros naturali, non Lege adscito, aut jurisperandi religione, sem- pro liberis suis optimū per presumatur optimum pro Liberis suis capere consilium per L. capere præ- 22. §. 4. ad. L. Jul. d. Adult. L. 7. pr. C. d. curat. fur. & consimiles: fumatur merito & hic sequenda sit voluntas paterna; nimis, modo etiam consilium Pater voluntatem suam declaraverit legitimè, modo ac ratione in Legibus præfinita, atque approbatā.

§. III.

II. Quod ho- Neque mea corruet assertio II. propterea; Quod videamus die detur nasci hodiè actionem, ex quolibet pacto nudo, illudque etiam omni, quoq; Actio de Jure Civili, stipulatio tantum competente, gaudere effectu. ex pacto nu- Quanvis enim inficas ire nec velim, nec possim, pluribus jam abhinc do.

Resp. seculis, nec demum à tempore receptionis Juris Canon. latius id ipsum demonstrantibus Dn. Christ. Thomas. in not. ad Pand. tit. d. Pact. p. m. 61. B. Stryck. in U. M. §. 3. d. Pact. supr. laud. Hambergero d. Non. usū stipular. siveque pact. in foris Germ. c. 4. §. 1. p. m. 66. & 67. & Dn. Ludewigio, dict. diff. 4. lit. yy. p. 18. eam fuisse apud Majores nostros pa- torum religionem, ut obligatos se per eadem crediderint firmissime, validissimeque; Quin, licet hodiensem quoque, post receptio- nem Juris Romanii, quanquam contra ejus rationem, haud adeò, uti quidem id faciunt nonnulli, carpendum, vid. Struv. Ex. 6. th. 7. B. Lauterb. in Coll. tit. d. Pact. §. 16. 66. & 68. & maxime Dn. Coccejus in

Competit disp. d. Jure circa Actus imperfectos, Sect. 3. §. 31. & 32. p. m. 24. & 25. quidem mo- quad effectum actionis, (in reliquo enim hoc non procedere, & ribus nostris adhuc dum hodie differentias subeunt plurimas inter stipulat. atque pa- Adhuc cuil- bet serio, a- eta moderna, erudite, pro more, demonstrat, laud. Dn. Coccejus in- tinoque ad proœm. §. 4. p. m. 4. & tota disp. de Usu & Differentia Hodierna Pa- contrahen- tor. & Stipulationum) comparentur stipulatio Jure Rom. introduc- ducta, ita, ut vel optima nota Jcti vim & Efficaciam agendi at- minato pa- que obligandi concedant cuiilibet serio, deliberatoque, & ad con- fecto ab soluo; trahendum determinatō animo, inito pacto absoluto & non re- futuri con- tractus non lato tantum, sive futuri contractus præparatorio, quia (1.) tale preparatoria. Aller. hujus posterioris Ratio 1.

respective, & perinde se habeat, atque Empt. Vend. quam partes scripto contrahere volunt, donec scriptura aliquid deest, d. q. vid. pr. Inst. d. Empt. Vend. & L. 17. C. d. side Instr. proindeque rectius pertinere videatur ad meros tractatus, ne naturaliter quidem obligat vid. Dn. Henr. Bodinus *supra* cit. disp. d. *Vindictis Pactor. fur.* Rom. ad demonstrandum, nec hodie ex nudo pacto actione competere, th. 13. p. m. 15. Dn. Coccej. disp. d. *Jure circa Actus imperfectos;* *Secl. 3. §. 29. p. m. 23.* & in disp. d. *Ufu & diff. bodierna pacl. & stip.* *Secl. 1. §. 1. seqq. p. m. 5. seq. (2.)* moribus nostris ex illis tantum pacl. *Ratio 2.*

Etis datur actio, ex quibus Jure Civili dabatur exceptio, & naturalis obligatio, cuiusmodi tamen utique non fuerunt pacta preparatoria; Magnif. Dn. D. Grafs. disp. d. *Pactis Futuri contr. Prepar. th.* maxime 33. & *Inthes. Jurid. inang. d. Collat. Articuli Do ut des, & Empt. Vend. à th. 7. usque ad 13.* Add. Idem in disp. d. *Jure taxatae Jurisdicç. th. 8.* & noviss. in *Conclus. Jurid. inang. Concl. 2. p. 7.* Dn. Coccejus *dict. disp. de Jure circa Actus imperfectos, Secl. 3. §. 35.* & d. Us. & *Diff. bodierna Pactor. & stipulat. Secl. 1. §. 17. seq. p. 11. seq.* (ubi tamen in th. 21. p. 13. ut & in altera modo cit. Disps. d. l. hoc ipsum limitat, nisi appareat, atque, cum regulariter id non praefatur, possit probari, partes habuisse animum, non contrahendi, sed paciscendi; pacto rem confidere, ac paciscendo, ante perfectum contractum, & in eventum quoque, si contractus non se quatur, obligare se voluisse, id quod factum dicit in pacto illo, pro cuius validitate responderunt Jcti Jenenses, Wittebergenses, & Lipsienses, ap. Berlich. Dec. 143. num. 6. 13. & 15. tunc enim hodie exinde actionem tradit nasci ad id quod interest, quam ipsam Actionis humeran, ut &, siquidem alter promissum suum dolo malo adimplere jus ab aliis in eisfaret, generali de dolo actionem, hodie ex hujusmodi pactis indistincte competere, afferit, cum Gothofredo in not. ad L. 20. ff. d. R.C. distincte Exercitio.

terus in disp. de *Conventionibus imperfectis, §. 9. p. m. 8. §. 13. p. 12.*
§. 16. p. 17. §. 17. p. 18. §. 19. p. 19. §. 20. p. 21. §. 24. p. 26. §. 25. p. 27.
& 28. & §. 29. p. 34. & uti videtur, etiam Dn. Scheepfferus, n. 8. d. Pact.)

B. Dn. D. Harpprechtus, cuius Manes & hic quoque veneror, in Cons. Tübing. Cons. 92. n. 42 & 76. seq. & jam ante hos omnes B. Struvius

Limitat, Dni
Cocceji rat-
actionis ad
interesse.

vius in S. f. C. Ex. 6. th. 32. B. Lauterb. in Colleg. §. 68. d. Paet. §. 3. d. Aestimat. & §. 6. d. Rer. permuat. add. Dn. Thomas. in not. ad. Pand. tit. d. Paet. p. m. 62. Dn. Mencken. In Tract. Pand. Sjn. tit. d. Rer. permuat. p. m. 280. & in Gymn. Jur. Pol. Sel. Jur. Civ. Controv. Disp. 8. th. 9. frustra dissentientibus B. Stryckio in U. M. §. 8. d. Paet. laud. Hambergero, d. l. c. 3. §. 3. p. m. 70. seq. Dn. Brenneyesen, d. inutil. Paetor. Jur. Roman. divis. Cap. 4. §. 3. aliquis adhucendum per pluribus ; Exinde tamen id, quod dissentient intendunt, planè nondum sequetur ; Cum, quæcunque haec tenus de Pactorum efficacia sunt dicta, procedant tantum respectu habito ad pacientes, & quoad illorum obligationem, ita, ut propterea promittens quidem ad implendum suum promissum, utique sit obstrictus ; minime vero intuitu Magistrat̄, ac si ille, propter privatam hancce conventionem, teneretur, hoc modo denominatum admittere ; quia hic constitundi modus nullibi legitur approbatus, sed injunctum est potius, ut negotium Pater perficiat in specie ultimæ alicujus voluntatis, dispositionem quoque de bonis simul contiente, ad minimum, & quoad effectum necessariò subsequenda confirmationis Prætoria, imperfecta : Cui ipsi dispositioni, per pactum suum derogare quis valebit vel minime ; cum actiones Civium subjacent arbitrio Magistratus, illorumque conventionibus mutari non possit Jus publicum, vid. L. 38 ff. Paet. L. 15. §. 1. ad Leg. Falcid. L. 55 ff. d. Leg. 1. Sed, siquidem quis velit finem, velle quoque debeat media, sine quibus finis ille obtineri nequit ; arg. L. 2. ff. d. Jurisd. Neque Tutoris constitutionem dependere à vi & efficacia obligandi, sed à Magistratus voluntate potius, colligere licet ex eo : quod, quamvis de Jure Civili extra omnem dubitationis positum sit aleam, per stipulationem aliquem obligari omnimodo, atque firmissime ; Non tamen propterea, per modum stipulationis, constitui possit à patre, Tutele ; à stipulatione verò, ad pactum, regulariter argumentari licere videatur negativè : ita : ut dicamus, quodcumque olim permisum non fuit fieri per stipulationem, illud nec perfici poterit hodie per pactum ; cum vis atque efficacia Pactorum nostrorum, vix pateat latius, quam stipulationum quandam Romanarum. Et sanè, maxime quoque præterea, ne per modum pacti fiat Tutoris constitutio, dissuadere videretur, (i.) quod in tali casu, imprimitur,

Verum negatur tamen propterea

Conseq.
Ratio. 1.

Hujus Ra-
tionis Ratio

1.

Ratio 2.
Dissuasoria.

mis, si diu ante mortem initum sit hujusmodi pactum, difficulter admodum constet; an in voluntate illa etiam perseveraverit defunctus, ad quod ipsum ramen notanter respicitur in L. 8. ff. d. conf. Tat. cum, non uti propinqua, ita & dudum expressa voluntas durare presumatur, sec. Gothofred. in not. ad illam L. 8. lit. c. (2) quod in depravato hoc Seculo, anfa facile p̄eberi posset fraudibus aque fallaciis, ab hominibus malitiosis, inhiabitibus sapissime pupillorum bonis, haud adeo difficulti negotio, committendis.

§. IV.

Melius verò, & insigniter utique, Dissentientium opinionem Speciem p̄t̄ stringere videatur III. à Pactis successoris, proferri quæ possent, se ferre vi- Argumenta. Et quidem I. quod constet, illa hodiernis nostris mori- dentur ma- bus, omnino, atque generaliter esse licita validaque, secundum à Pactis Suc- tradita B. Harppr. in Comment. ad Inst. princ. d. hered. q. ab int̄f. cessoris. I.
num. 20. seq. p. 26. & 27. B. Dn. Stryckti in Us. Mod. tit. d. paſt. §. 18. & 20. Schilteri, Ex. 8. §. 40. cum præced. Francisc. Oesingeri, in disp. Inang. Argent. hab. A. 1711. d. Testamentis Conjugum; p. m. 45. circa fin. & qui his quoque consentire videntur, Dni Christi. Tho- mas in not. ad Inst. p. 211. & ad Pandect. p. 64. tit. d. Paſt. Scheppferti in Syn. Jur. tit. d. Paſt. n. 22. aliorumque etiam Doctorum paſsim: (II.) quod vulgo tradant, constitui quoque posse Tutorem in pa- cts hisce successoris, per dicta P. Heigii in Quæſt. Jur. p. 2. qu. 13. n. 3. 4. & 20. prout quoque exemplum Matris, Axiaeque, à Patre, in Paſtis totalibus, præter Dotem acque Donationem propter Nu- ptias, etiam de reliquis bonis, deque futura in eadem successione, disponentibus, licet per modum contractus confectis, recte in Tu- trices eligendarum, videre licet ap. Magnif. Dn. D. Graſſum, in disp. Tutela Matern. Nob. Imp. Immediat. th. 13. & 20. (III.) quod ex veriori sententia, onus Tutela suscipiendum etiam sit, non so- lum à simultanea investitu, nec non Exspectantim in Territorium Principis, Nobilisve aliquius immediati, legitimate, Imperat. & Elector. conſenſu, constitutum habentibus; Sed & maximè, à Confraternitate, vel Ganerbiatu junctis, vid. B. Stryck. in Ex. J. F. c. 7. qu. 17. in disp. d. Tutela Mat. Princip. Imp. c. 1. §. 22. in Us. Mod. tit. d. Le- gis. Tit. §. 8. & d. Succ. ab Int. Dis. s. c. 7. §. 40. qui ipsi tamen tales constituti sunt non aliter quam per pactum.

D

§. V. Ve-

§. V.

Verum enim verò, declinari poterunt nihilominus, quæ ob-
 Ad Argum. I. jieuntur speciosissimè. Quantum enim attinet ad Arg. (1.) pri-
 Resp. mo loco, ad negandana ejusd. Proposit. Minor, universalitatem, ani-
 Neg. & Mi- madvertendum erit probe omnino, valere quidem hodienum, con-
 norum. tra dispositionem Juris Civ. Rom. pacta de acquirenda hereditate
 viventis, sive tertii alicuius certi ignorantis aut dissentientis, sive ipso-
 rum quoque pacificentium, tanquam contra modos Legibus pub-
 licis approbatos, inita, libertatem testandi adimentia, tristissimi ut
 plurimum eventus plena, votumque captanda mortis continentia,
 excepto unico tantummodo casu, in Persona Militis, vid. L. 19. C.
 d. Pact. §. 3. Inß. d. Teſt. Milit. Dn. D. Grafs. Collat. Jur. Civ. Rom.
 cum Rec. Imp. Sect. V. th. 2. p. 33. penitus improbantis, in L. 15. & l. fin.
 C. d. Pact. L. 5. C. d. Pact. convent. L. 4. C. d. int. Stip. vid. Dn. D.
 Grafs. d. l. th. 1. p. 2. & 11. B. Harppr. in Comm. ad Inß. pr. d. hered.
 q. ab intest. num. 9. seq. Dn. Coccejus disp. de Voto captanda mortis,

Cum Paſta
 successoria
 non licita
 est genera-
 liter; Sed
 tantum 1. In-
 ter Personas
 Illustres,
 ubi in specie vocari solene Paſta Confraternitatis, vid. Dn.
 Coccej. disp. de Succes. ab Int. & hered. divis. in prefat. p. 1. &
 de quibus plura videri possunt ap. Magnif. Dn. D. Schwererum.
 Communem illum per Germaniam Juris PUBL. Praeceptorem Ve-
 nerandum, in Introd. ad Jus PUBL. P. Sp. Sect. 2. c. 10. §. 10. Dn. Coc-
 eci. in Juriſ PUBL. prud. c. 26. §. 2. seq. B. Stryck. in Ex. f. Feud. c. 16.
 qu. 27. seq. aliosque perplures, à ad. Dn. Auct. citatos:) Nobiles-
 que Imperii Immediatos, vid. B. Stryck. d. Succ. ab Int. D. 8. c. 7.
 §. 10. Dn. D. Grafs. Ditt. loc. p. 29. B. Dn. D. Harppr. Tr. Acad. 9.
 p. 2. n. 182. 183. p. 785. Knipschild. d. Nob. L. 3. c. 10. n. 9. (cujus-
 modi utique sunt hodie Paſta Ganerbiatus, d. quibus vid. Dn.
 Coccejus, dict. disp. & in f. P. cit. c. 26. §. 17. seq. Dn. D. Schwer-
 erus, Patronus, Praeceptor, atque Hospes meus; indefesso pietatis at-
 que observantia cultu, etatem prosequendus, d. l. S. 2. c. 18. §. 6. B.
 Stryck. in Us. Mod. §. 22. d. Pact. & in Ex. f. F. c. 4. qu. 34. ibique
 Winzingerus p. m. 129. B. Dn. D. Frommann. disp. d. Condominio
 Territo-

Territorii, cap. 5. th. 20. p. 57. & 58.) idque ad promovendam maxime
 pacem, tranquillitatem, & utilitatem publicam, & ad singularium
 quoque ditionum, dominum, & familiarum conservationem,
 felicitatem, atque splendorem, Dn. D. Grafs. dict. loc. p. 17. seq.
 (ubi etiam in p. 19. & 20. de ratione alias suppeditari solita, ces-
 sante nim. sinistra in hisce personis, detectabilis illius voti, suspicio-
 ne;) etiam absque speciali Imperatoris Confirmatione, in Bonis
 nim. Allodialibus; Dn. D. Grafs. d.l. p. 31. & 32. B. Stryck. in U.M. dict.
 tit. d. Paet. §. 19. (2.) inter Conjuges, in Pacificis nim. Dotali-
 bus; vid. B. Laut. in Coll. Tit. d. Paet. §. 56. & d. paet. dot. §. 10. Joach.
 Hoppius in Comm. ad Inst. Tab. d. Succ. ab Int. p. m. 537. Dn. Men-
 cken Tract. Pand. Syn. tit. d. Paet. p. m. 43. Dn. Coccejus disp. de Vo-
 to capt. mort. Sect. 3. §. 21. p. 41. B. Dn. D. Harppr. Cons. 39. n. 22. &
 39. & in Mantis. Tract. Acad. p. 76. Stryck. d. Succ. ab Int. Dis. 8.
 e. 5. per tot. Joh. Harppr. ad §. 2. Inst. d. donat. num. 29. seq. (3.)
 in unione Prolium, vid. Laut. Hopp. dd. ll. Stryck. d. Succ. ab int.
 Dis. 8. cap. 6. Neque hoc, extra hos casus, nisi ubi id specialiter
 est receptum, universali procedere, nec in genere ad privatos
 extendendum esse quoscumque, vid. pst. ap. B. Lauterb. in Concl.
 For. Ex. 8. Concl. s. P. Heig. p. 1. qu. 23. num. 41. seq. fatente hoc
 quodammodo non solum ipso etiam B. Schiltero dict. Ex. 8. th. 41.
 ubi, quamvis antea pro validitate atque antiquitate horum pacto-
 rum, receptionem Juris Civ. Rom. longe excedente, disputas letiūs,
 tandem tamen ipse fateri videtur, obseruantiam illorum non amplius
 esse universalem, sed, post receptionem Jur. Rom. quoad privatos,
 plurimorum Vdruim opinione, restrictam, atque dubiam redditam.
 suppeditans propterea Consilium hoc: ut hujusmodi pacis adda-
 tur Clausula de Valore in vim ultimae voluntatis, & ut instar testa-
 menti Judicialis, coram Actis, insinuentur Judici: Sed &, uti videtur,
 B. quoq; Dn. Stryckio, in Not. ad Schütz. tit. d. Paet. p. m. 106. ubi, que
 haec tenus de Personis Illustribus, atque Conjugibus sunt tradita, vo-
 cat ipse Exceptions. Unde etiam, siquidem probaret aliquid hoc
 Argumentum, illud procederet tantummodo in Personis hisce spe-
 cialiter exceptis; Sed ne hoc quidem ita se habere, adeoque secundo
 quoque

D 2

2. Inter
Conjuges3. in Unionis
Prolium

Et Major. quoque loco , negandam esse , hujus Argumenti Major. Proposit.
Proposit. Conseq. patebit abunde ex proximè dicendis.

§. VI.

Ad Arg. II. Rat. Argumenti (II.) prater incongruam , non solum ad per-
Resp. sonas alias , horum paetorum incapaces , sed & ad paecta alia , adjunctam
Limit. hanc qualitatem de dispositione bonorum , non habentia ; corrigenda
posit. Pro- mihi adhucdum videtur Propositio Major ita : Si in paectis Successoriis
Majori. constitui potest Tutor legitime atque plene , ita ut ex iisdem suum esse
Neg. esse capiat omne , nec vel (i.) Tutela ad personam in illis constitutam , per-
Minorem. tinuerit jam antea , suo jure , nec etiam (z.) ullo amplius opus sit extra-
 neo Magistratus beneficio , tunc utique sequitur , Tutelam per hujus-
 modi Paecta constitutam , vocandam esse Paectitiam ; Sic verò limitata

Et Matrem Maj. neganda erit Min. Propos. Nam quoad Matrem atque Avi-
 atque Aviam am , notandum , quod , cum illæ (1.) jam antea sint Tetrices Legitimæ ,
 rectius vo- suo , proprioque Jure , quatenus nim. sunt Mater atque Avia , per Nov.
 cari Tuti- 118. c. 5. & L. 2. C. quand. mul. utpote sine qua ipsa qualitate ipsa nullo
 tes Legiti- modo , patre vel centris id in testamento cavente , ad munus hocce Vi-
 mas. rile possent admitti , per L. 18. C. d. Proc. L. 2. ff. d. R. f. L. 1. C. quand.
 mulier Tur. off. nec (z.) per hujusmodi paectum , accipiant quicquam ,
 quod non habuissent jam antea ; Imo deterioris potius facilissime reddi
 possent conditionis , in eo , quod constet , ab aliquibus adhuc disputa-
 ri , annon , quia paecta dotalia , in modum ultina voluntatis concepta ,
 effectum habere videantur Testamenta Parerni , mater in iisdem data
 Tutrix , necesse habeat , confirmationem petere Magistratus ,
 propter L. 2. C. d. Conf. Tut. iunct. L. 21. §. 1. C. d. Testam. & Me-
 ritio , ad amputandam universem litionem materiam , rectius dicatur ,
 Matrem atque Aviam , non obstante facta hac promissione , esse , at-
 que manere Tetrices Liberorum suorum Legitimas , perque tale pa-
 etum , propriè non veram fieri constitutionem , sed designationem
 potius , officique solummodo hoc , quod , cum antea Tetrices essent vo-
 luntaria , vid. Nov. 94. c. 1. Excell. Dn. D. Major adit. d. Leg. Agn.
 Tut. p. m. 237. Dn. Schœpffer. adit. d. Legit. Tut. n. 3. jam , propter fa-
 etam hancce promissionem , reddantur necessarie , ita , ut liberorum
 suorum Tutelam , non amplius negligere queant pro arbitrio ; Hanc ip-
 sam tamen supervenientem qualitatem , non novam statim efficere Tu-
 telæ

telæ speciem, sed illam, perinde uti Testamentaria, licet eidem ac-
cesserit promissio, propterea tamen non dicitur Pactitia, sed Testa-
mentaria nihilominus, manere Legitimam. Quoad autem ex-
traneum consentientem, vel etiam, in hujusmodi Pacto, paci-
fcentem ipsum, existentibus adhucdum Agnatis, Cognatisve, san-
guine pupillo junctis, exissimo: omnino quidem procedere factam hanc
in pacto illo successorio, Tutoris dationem, eatenus, ut nim. datus ibi
dem, ad validitatem suam, impetrare necesse habeat, Imperatoris,
Cameræ Imperialis, aut, quoad Nobiles Imperii Immediatos, Di-
rectorii quoque, sui districtus, tanquam Judicium, harum Personarum, ve Dativum.
Tutelarium competentium, atque concurrentium, vid. Dn. D. Gras. d.

Int. Mat. Nob. Imp. Immed. th. 22. p. 28. add. Dn. D. Schweder,
Intro. ad J.P.S. 2. c. 18. §. 10. Confirmationem Constitutivam; pro-
ptereaq; illum dicendum esse potius, sec. supr. de hac confirmat. tradita,
Dativum. Neque verò est, quod regerat hic quispiam, quod, quemad-
modum Pacta de Successione ipsa, non indigeant aliqua confirmatio-
ne; Itilla, nec intuitu factæ in illis Tutoris constitutionis, sit neces-
saria, cum videantur hæc duo provenire ex fonte eodem, pp. L. 120.
ff. d. V. S. Præterquam enim, quod falsum hoc sit assertum quoad bo-
na Feudalia, utpote in quibus necessarius utiq; est consensus non tan-
cum Imperatoris, sed & Electorum, vid. Dn. D. Gras. Collat. d.l. th. 1.
p. 30. & 31. & th. 2. p. 51. Dn. D. Schweder dicit. S. 2. c. 10. §. 10. Coc-
cejas in J. P. c. 26. §. 3. Nitzschius in *Comment. ad Capit. Jos. art. 6.* sus ipsam
num. 35. p. m. 282. Auth. Spicilegii Observat. ad Capit. Augu-
stissimi Imperat. Caroli VI. art. 6. p. m. 155. & ad art. 20. p. m. 268.
¶ 269. B. Stryck. in V.M.d. §. 19. d. Paff. immo reliquorum etiam Statuum,
ex sententiâ B. Titii in *Specim. Jur. Publ. L. 4. c. 4. §. 47.* Licebit ad-
hucdum negare Proposit. Major. Conseq. Cum enim versemur
hic in materia Iuri nostro Communi contraria, & Jure quodammodo
singulari; Illud strictæ omnino, è magis, etiam quoad hasce Perso-
nas Illustres, secundum dispositionem Juris communis, uti aliâs,
vid. Dn. D. Gras. dicit. Collat. §. i. p. 21. sgg. vid. B. Lauterb. in Coll.
tit. d. Testam. Militis, §. fin. 52. add. Dn. Vitriarius in *Inst. Jur. Publ.*
L. 3. t. 20. §. 1. ita & specie, quoad hanc materiam, proper publicam,
in Constitutionibus Imperii, factam approbationem, dijudicandas,

conf. Dn. Coccejus in disp. d. Inst. Illustr. Sec. 2. §. 9. erit interpretationis , nec à legitime interveniente de bonis dispositione , argumentari statim licebit, ad æque validam pronunciandam Tutelex constitutionem ; quod (i.) constat, Consuetudines ultra terminos suos nihil operari contra LL. Civilium dispositiones , de cetero adhuc salvias , atque integras : (2.) Cessat hic etiam ratio Principalis , pro permissione Pactorum Successor. inter Personas illas Illustres , militans , supra allata , Promotio nim. Pacis , tranquillitatis , &c singularumque familiarum splendor atque conservatio . Imo, dicendum potius hic esse videtur , per hujusmodi Tutorum constitutiones. Legitimorumque præteritiones , ansam præberi bellis , ac dissidiis intestinis & Civilibus , Familiarumque lapsui , atque detimento manifesto ; cum sane non de nihilo sit Tutela atq; Administratio Illustrum , & tot quoque funestissima in Imperio nostro , edocuerint satis Exempla , quam acriter desuper sapissime fuerit decertatum.

§. XIII.

Ad Argum. In Argumento verò allato loco III. tio, præter denuò occurrentem inadæquatam , extra personas hasce , extensionem ; Neganda erit Proposit. Maj. Conseq. propterea , quia , quod hujusmodi nexu junctus suscipere teneatur Tutelem Liberorum Confratris , vel Con-Val-Proposit. propriæ atque immediate non provenit ex pacto ; sed potius ex spe futura Successionis , cuius Causa Eff. proxima , quamvis sit pactum , illud ipsum tamen hic non attenditur , sed abstrahendo ab eodem , simpliciter tantum respicitur ad futuram successionem , nullo habito respectu , quanam ratione quis illam fuerit adeptus ; Et , cùm jam de Jure quoque Civili , omnis , Tutela Legitima ratio , constat in spe futura succedendi , vid. Nov. 118. c. 4. & 5. §. un. Inst. d. Leg. par. **Tut. L. i. pr. ff. d. Leg. Tut.** Hi verò ipsi , per modum Motibus nostris , in personis illis , jam probatum , spem succedendi legitime furent naeti , quin & fratrum instar habeantur naturalium , vid. Knipschild. d. Nobil. L. 3. c. 10. n. 56. merito & in illis , licet alteri Vasallo vel Confratri sanguine non sint juncti , propter hoc ipsum succedendi Jus ipsis competens , deficientibus Agnatis reliquis , idem statuitur , quod alias obtiner in Jure succedendi , Agnatis , vi prima Investitu-
ta , &

rae, & sanguinis, quem ipsi à Primo Acquirente trahunt, competentē,
vid. Christin. Vol. 2. Dec. 113. n. 10. ipsique rectissimè omnino vocari
possunt ac debent Tutores Legitimi, uti illos etiam ita nuncupat
B. Stryck. in Us. Mod. tit. d. Leg. Tut. §. 8.

§. VIII.

Enimvero, Ratiocinia hæc mea, infringere videtur ferme
omnia, Praxis in materia hac, omnino tamen contraria, eaque plane Contra ha-
ad inveterata; siquidem jām ap. Sigibertum legimus Gemblacensem, militare tam
post fratrem suum Alberonem, dato Episcopatu Metensium, filio suo Praxis con-
adhuc puer, Tutorem ei substituisse Deodoricum, fratrem Cuni- terata. Prout
gundz, Henrici II. Imper. conjugis, qui tamen vivo adhuc pa- exemplum
tre, puer urbe excluso, Episcopatum usurpsasset, contraque Hen- jam ante Re-
ricum II. ipsum rebellasset, ita, ut hic urbem Metis obsidere ha- cept. Jur.
buerit necesse. Sed tamen ideo non erit, quod metuam. Cūm Civ. reperti-
enim (1.) Sigibertus Gemblacensis, Deodoricum, filio suo Tu- tur ap. Sigib.
torem substituisse, asserat simpliciter tantum, & indefinite, nec Resp. autem
quicquam addat, quonam hoc factum sit modo? (2.) non con- exemplum:
flet, an etiam adfuerint Agnati, qui Tutelam illam suscipere pra-
tenderint; & denique (3.) è contrario, ex antiquiori illo Jure
Magdeburgensi, dem Weichbild! Jure, hodiè quidem, perinde uti
Speculum Saxonicum aquæ Suevicum, vid. Dn. Schilterus Ex. 4.
ib. 19. in not. lit. b. Dn. Christ. Godoff. Hoffmannus in Specim. Con-
jectur. Politicar. d. Orgine & Nat. Leg. German. Privatar. antiquar.
&c. Per. V. Sect. 1. §. 3. p. m. 108. & in not. lit. p. pag. 117. & S. 3. §. 2.
in fin. p. 134. aut nullæ prorsus, aut exilis saltem auctoritatis, laud,
Hoffm. d. l. Sect. 2. §. 2. p. m. 126. interim tamen, ad illustrandam Ve-
terum Germanor. Morum atque Consuetudinum historiam, non
male inserviente, elueſcat, Patrem, siquidem Liberis suis Tuto-
rem dare voluerit, peragere id ipsum oportuisse in Judicio, ita, ut
non solum justas, propter quas filio suo Tutotem velit esse alium,
quām Legitimum, allegare causas, sed &, si fecisset hoc, bona pu-
illi separare debuerit à propriis; vid. Schilterus Ex. 37. th. 63.
Dn. Christ. Thomas. in Not. ad Inst. tit. d. Attil. Tut. p. m. 92. & 93.
add.

add. Idem tit. d. Legit. Aquat. Tit. p. m. 82. Eò magis, Deodori-
cum hunc, moribus ejus ævi, sese accommodasse, & loco Judicii,
inter privatos tantum absque dubio obtinensis, Imperatoris Hen-
rici consensum adhibuisse, probabile videtur, quò in iisdem Sig-
berti Gemblac. verbis deprehendere licet, illum, conformiter ha-
etenus traditis, vivum adhucdum, Metensem Episcopatum, Tu-
tori filii dedisse administrandum. Præterea, siquidem etiam con-
jectura hę omnes omnino, essent frustrance, mihique illud nudo tan-
tumpacto factum fuisse, probari posset quām evidentissime, notandum
4. tamen foret, adhucdum (4.) quod, sicuti una hibernando non facit ver-
ita nec unicum hoc, sufficere hę queat, Exemplum; Quin imo, si qui-
dem mihi vel sexcenta tūm temporis ita observata adducerentur E-
xempla; Illa tamen omnia, quia ante Juris Romani contigissent re-
ceptionem, ne hilum quidem contribuerent, ad defendendum pro-
pterea contrarium; cùm post receptionem Rom. Jur. per illud, tan-
quam Jus quoddam novius, Consuetudines illa Veteres, non tam ex-
prefse sint abrogata, quām potius id effectum, ut, quando observantia
hujusmodi antiqua Germanor. consuetudinis adhuc hodierna proba-
ri nequeat, secundum supra in §. 1. hujus Membr. 2. deducta, fundam-
quis in Jure Rom. habeat intentionem, potiusque, quia hodienum
probari amplius non potest, consuctudo illa antiqua, per Juris Rom.
receptionem, prorsus præsumenda sit extincta atque extirpata.

§. IX.

Neque ad demonstrandam hujusmodi Tutelę observantiam
Receptione Juris Romani recentiorem, inservire ullo modo po-
terit, quod profertur, Electoris Saxonę, Auguſti, Exemplum; Pra-
pacticiam m. terquam enim quod commissus hic sit error haud levis, & hoc pla-
in ufo fuisse, videatur evin-
cere Exem-
plum Electo-
ris Saxon-
Auguſti.
Relp. verd
1. Illud de
Christiano,
potius dicen
tum esse I.

Jur. Civ. re-
ceptionem,
Tutelam
in ufo fuisse,
Exemplum
Electo-
ris Saxon-
Auguſti.
Relp. verd
in Diff. Jur. Rom. & Germ. Diff. 4. lit. yy. p. 18. B. Dn. Stryckio in
disp. d. Tit. Mat. Princip. c. 2. §. 18. in fin. & §. 37. & Dn. Struvio
in Synt. 7. Publ. Exerc. 16. th. 29. p. m. 340. quicquid hę asserit Dn.
Auth.

Auth. de Augusto, prædicari debeat de Filio ejus ante nominato, Christiano I. utpote qui, janjām moribundus, rogasse legitur Socerum suum, Johanaem Georgium, Electorem Brandenburgicum, ut filiorum suorum impuberum, (quorum erant tres, Christianus nim. d. 23. Sept. 1583, Johannes Georgius d. 5. Martii 1585, & Augustus, d. 7. Sept. 1589. nati:) ageret Tutorem; Id quod etiam promisisse fertur Elector hic ipse, consentiente in contutelam Agnato Proximo, Friderico potius, (vid. Joh. Hübnerus in *Tab. Geneal. Tab. 157. & 159.* und in den *Kürzten Fragen aus der politischen Historie, T. 5. L. 5. S. 39. p. 886. & §. 55. p. 905.* Sam. Puffend. in seiner *Einführung der Historie der vornehmsten Reiche und Staaten T. 3.c.7. §. 10. p.m. 381.* B. Stryck d.s. 37. Dn. Struv. d.l.) quām Johanne, Wilhelmo, Duce Altenburgensi. Et hoc quoque Exemplum, incongrue satis adducitur; Non enim constitutus erat (2.) Exem. Elector Brandenburgicus, Principum illorum Tutor, nudo tantummodo paço, sed rite, atque legitimè omnino, non solum in Testamento, uti tradit B. Dn. Stryckius dicit. disp. cit. §. 37. (ubi quoque refert extractum illius Testamento, d. 30. Augusti Anno 1591. condicis) cui, siquidem deinceps accessit quoq; Johannis Georgii promissio, propter illam ipsam, factamque per eandem, Excusationum praesentium omnium, renunciationem tacitam, cū, brevi tempore, d. nim. 25. Septemb. ejusdem anni 1591. in atrio flore optimo, Anno scilicet atatis 31. Imperii vero demum 5. Christiano I. mortuo, varias ob causas excusatim se vellet Johannes Georgius, rectissime omnino, conformiterque in omnibus, traditis *Supr. in §. 9. Membr.* 1. salva Illum conscientia, excusationes suas, quamvis in se legitimas, Sed & con- opponere non posse, est responsum; Sed præterea adhucdum, con- sentiente A- sentiente, ad quem, non tam quā proximum, quām potius, inter gnato Pro- Johannem Casimirum Coburgensem, atque Johannem Ernestum Ei- sionem, Christiano II. eodem agnationis gradu junctos. Se- Wilhelmo- niorem, secundum dispositionem A. B. eaque, que habet Magnif. Dn. D. Schweder, in *Introd. ad Jas. Publ. p. sp. S. 2. c. 3. §. 11.* præ duabus illis, hac ipsa Tutela administratio unice pertinuerit, Friderico Wilhelmo, vid. *land.* Dn. Stryck. d.l. ubi tabulas quoque conventionis exhibet publicæ; Idque salutariter utique, atque pro- vide: *E* Et hoc ultimum qui- dem provi- de omnino.

vide : quia aliás , datio illa , rat. Electoris Brandenburg. nullum
 Cum Electo- prorsus habuisset robur , validitatemque nullam ; Cū ex senten-
 res filii suis tia veriori , contra B. Schilter. ad Pand. Ex. 37. §. 31. Dn. Thomas.
 extraneos Tutores da- *disp. d. Tutel. tb. 16. B. Titium in Specim. J. Publ. L. 4. c. 6. §. 8.*
 re, prox- aliosque , à plerisque ferè propugnatā , in Electoribus , securus ac in
 mosque A- personis Illustribus aliis , vid. Dn. Coccej. in *J. P. prud. c. 29. §. 8.* &
 gnatōs ex- *in disp. d. Tutel. Illusfr. S. 2. p. m. 24. & 25. B. Stryck. dict. disp.*
 cludere ; *c. 1. §. 6.* hoc obtineat speciale , quod Illi , in Testamento suis , Extra-
 neos filii suis constitutere Tutores , perque Testamentum suum , Agnatōs
 Proximos , tanquam Tutores Legitimos , à Tutela excludere nequeant ,
 vid. Lauterb. in *Coll. tit. d. Teſt. Tut. §. 9.* B. Dn. D. Bardili , *Exerc. i.*
concl. 10. Harppr. ad §. 2. *Inst. d. Leg. Agnat. Tut. num. 4. seq.*
 Joach. Hoppius , ad pr. *Inst. d. Legit. Agn. Tut. p. m. 144. & 145.*
 Magnif. Dn. D. Majer ad §. 3. *Inst. d. Tut. p. m. 248.* Huberus in
Digress. Instin. L. 3. c. 1. in fin. Mencken. in *Gynn. Jur. Pol. Sel.*
contr. Jur. Publ. D. 2. tb. 17. p. 36. Dn. D. Grafs. in *Posit. ad Inst. L. 1.*
posit. XI. Stryck. ad *Schütz. Comp. Jur. p. m. 705.* in *V. M.* §. 9. d.
Teſt. Tut. & in Ex. J. Feud. c. 7. qu. 13. ibique Winzingerus , ab eo-
 vel etiam contumorem rantium illis invitis adjungere nequeant .
dict. disp. d. Tut. Mat. c. 2. §. 37. Add. ta-
 men hīc Dn. Coccejus in *dict. disp. d. Tutelis Illusfr. S. 3. §. 7. seq.*
Cocceji. p. m. 28. seq. & in J. P. prud. c. 29. §. 17. seq. p. m. 480. seq. ubi dict.
 inter administrationem Officii Electoralis , & ipsius Electoratus ;
 qua ipsa Sententia , quamvis non arrideat B. Titio in *Spec. Jur. Publ.*
L. 4. c. 6. §. 9. Dn. Brunnum. in *Exam. J. P. L. 3. c. 5. qu. 3. p. m.*
105. B. Stryckio in *disp. modo cit. c. 1. §. 12. & seq. & in Us. Mod.*
§. 8. d. Teſt. Tut. & Dn. Textori de Jure Publ. Stat. Imp. t. 8. n. 127.
seqq. vindicata tamen est deniò à Dn. Coccejo in *J. P. prud. cap. 33.*
app. 2. §. 26. seq. p. m. 542. seq. & noviss. quoque approbata à Dno
 Ludewig dict. *Diff. Jur. Rom. & Germ. Diff. 10. p. 36.* & in *not. lit. mm.*
p. 38. & 39. & *diff. 11. in not. lit. xx. p. 40.*

S. X. Nec

§. X.

Nec denique rem conficiunt Rationes, quæ pro Tutela hac
promissa militare videntur, consultissimæ: Quarum (1.) quod in
Tutelis Pactitiis opus non sit, ut Tutelâ alicui obtrudatur invito, quod
ramen, minus consulte, Jure fiat Romano; (2.) quod de Jure Romano
sepius frustringat Testatores spe sua, quod iterum non eveniret in
Pactitia Tutela; (3.) quod, si vivus tutelæ causa compellat aliquem
pater, si annuerit Rogationi, illum instruere possit Consiliis, qui-
bus optimè regere, tum familiam possit patre destitutam, tum opes
relictas; sin minus, prospicere suis de alio. Præterquam enim,
quod (1.) non solum absque iusta atque legitima causa, Tutelam
rite sibi delata, amore in Rempubl. utpote in cūjus publica Tutela
impuberet esse, cīnque etiam nasci, eleganter dicuntur, in L. 2, §. 1.
ff. ne statim defunct. & L. 1, §. 15. ff. d. Ventre in possē, non facile
fecusatus sit Vir gravis, Civisque bonus; sed &, ut ut ei defera-
tur vel invito, atque reluctanti, quilibet tamen præsumatur bonus,
donec probetur contrarium, per c. fin. x. d. Praesumpt. (2.) in Tu-
tela tali conventionali, nihilominus plurima adhuc intervenire
possint causa, semet, ab eādem, non obstante facta illa promissio-
ne, excusandi, & nim. omnes, qua proveniunt ex impedimento,
post promissionem demūn enato, cūm de eo, tempore pacti, non
videatur esse cogitatum, nemoque facile Juribus renunciase cre-
datur ignotis, arg. L. 9. §. 1. ff. d. Transalt. & L. 19. ff. de inoff. Testam.
sed omnis regulariter promissio intelligenda sit, rebus sc̄ stantibus,
vid. Hopp. ad §. 9. Inst. d. R. Inst. d. Excus. & latius integrā Diss. de
Clausula rebus sic stantibus, Dn. Coccejus; Et, quod maximum est,
(3.) si Pater hoc intendat serio, quem Tutorem liberis vult esse
suis, ne deinceps excusare se queat, prius rogare, posteaque in te-
stamento denuo rite confirmare, adeoque pupillo, per pactum, Te-
stamentum aut præcedens, aut etiam subsequens, hac in parte
prospicere, consilisque futurum Tutorem instruere possit quam
commodissime; nec denique (4.) adeo foret consultum, Paren-
tum hic licentiam, tam largiter, in Agnatorum, Cognatorumve
extendere præjudicium; Ob unam alteramve utilitatis, vel Com-
moditatis speciem, non statim à Legum nostrarum dispositione re-
cede-

E 2

Resp. enim
ad illas (1.)
in specie,

1.

2.

3.

4.

Dingener;

cedere, Jusque adeo constituere debemus novum, cum nostrum non sit, de Legibus disputare, sed secundum illas pronunciare, neque decisione opus hic sit tantum Consultativa, sed Legali potius atque Forensi.

§. XI.

Summa ha-
cētūs tra-
ditorum.
Si itaque dicendum mihi esset, quod res est, salvo aliorum ju-
dicis, Tutelam hancce Paetitiam, de Veritate Juris nostri moder-
ni quoque, non tantum imperfētam, ut rectissime hoc agnoscat
ipse B. Sam. Stryckius in *U. Mod. d. I. §. 14. d. Intel.* malè propte-
rea notatus a Dn. Auth. *Sapientia Dis. Epistol.* sed præterea etiam ad eō
existimo esse nullam, ut Magistratus neutiquam sit obligatus, ad
confirmandum talem Tutorem, sed in ipsius potius situm sit arbitrio,
velit eum admittere, nec ne? Interim tamen, contrarium non
solum Statuto contrario, vel Confuetudine probata, introduci
posse; Verum etiam, ubi hoc nondum est receptum, siquidem
conset de seria, anxiæ defuncti Parentis voluntate, occurrant
que circumstantæ graviores alia, quales omnino etiam censendæ
erunt, que occurruunt in casu exhibito, ap. B. Dn. Stryckium in *U. Mod. d. I.* rectius omnino agere Magistratum, sequendo hac in par-
te, voluntatem, dispositionemque Paternam; Ita tamen, ut, siqui-
dem hoc fiat, Tutor talis, *juxta superius tradita*, & quia omnem
vim ac potestatem suam acceptam ferre debet confirmationi Ma-
gistratus, dicendus potius sit *Dativus*, quam *Paetitus*, cum ante
subsecutam hanc confirmationem, propter in totum deficientem
administrandi facultatem, planè non insigniri mereatur nomine
Tutoris. Quorū etiam suo modo inclinare videtur ipse B. Dn.
Sam. Stryckius in *U. M. d. I.* ubi talem Tutelam pro Confirmata
potius Testamentaria reputandam esse existimat, quamvis contra-
rius deinceps à mē sententia sit in eo, quod hujusmodi confirmata
Tutelam, pro Testamentaria magis, quam *Dativa* habendam
esse dicat, de quo tamen latius jam *sapientia Membr. i. §. 5. ff.* Et, cum
ipse Dn. Prof. Ludewig., in *Sapientia cit. Dis. Diff. 4. lit. 22. p. 19. in fin.* dicat: *Se malle, ut in mores iret apud Germanos, ut pater suis paetitia Tutela prospiceret vivus, quam dubia ales committeret vo- tum suum in ultima voluntate: hisque ipsis, agnoscere videatur haud obscu-*

obscure ; illam inter Germanos nondum esse receptam ; Dn. Auth. verò *Dissertat. illius Epistolica*, propter gravissima contrariæ sententia argumenta, rem suam adeo simpliciter affirmare, dubitet ipse ; Lis inter Nos, forsitan erit non adeò magna ; Mihique interim, ut credo, facili concedetur negotio, hoc : quòd, donec vel Lege quādam publica, vel consuetudine aliqua universali, introductum repe- riatur contrarium, Tripartitæ potius, semper inhærendum sit, Tutelæ divisioni, neque entia præter necessitatem, atque sine legitimo fun- damento, sint multiplicanda.

§. XII.

Cœterum, quantum attinet ad Tutelæ hujusmodi Pactitiae ut vocant, Effectum, &c. si questio moveatur, Annon tamen **Tutori** tali conventionali, absque inseguente Magistratus confirmatione, Tutelam in se recipienti, siquidem **ex-** penses fecerit in res, personamve Pupilli, aliquo, ad eas- dem repetendas, consultum sit Remedio ? Respondendum mihi videtur : Utique, siquidem accessit ad Tutelam, vel ita : ut crediderit se esse Tutorum, dationemque factam esse legitime, (id quod tamen hodiè, post generaliter, in omnibus omnino Tu- toribus, necessariam redditam Magistratus confirmationem, in Ref. Pol. d. Anno 1548, & 1577. tit. von Pup. und Minderjährigen / con- tingere poterit haud adeò facile, add. Dn. D. Grafs. in delib. ex maa.

Jur. Protut. th. 3. p. 7.) vél animo saltem non maligno, sciens quidem, se revera non esse, talem tamen se fingens aut simulans, ne- gorgia Pupilli gesserit è omnino affectu, quo Tutor gerere debet verus, i. e. animo, non ad captionem, non ad decipiendum aut de- prædandum, (uti quidem id, malitioso hoc seculo, quò omnia ruunt in pejus, accidere, proh dolor ! solet haud adeò raro, ita, ut veriori sa- pius ætimologia dici mereantur tollitores, eo : quod plerumque bo- na pupilli tollant, furentur, & auferant, B. Harppr. ad §. 2. *Inst. d. Tutor. n. 3.* B. Lauterb. *disp. d. Honor. Tut. th. 2. n. 2. p. 4.* Dn. Coc- cejus, *disp. d. his que præpostere sunt, Secti. 4. c. 2. §. 19. p. m. 76.* Gallisque non immerito nuncupentur Touteurs, quasi tour Eurs, Dn. Ludewig. *d. Diff. Jur. Rom. & Germ. in Tut. Diff. 1. lit. aa. p. 2.)*

E 3

Cui subjun-
gitur infu-
per Questio-
nem tamen
Tutor talis,
impenas, in
rem, perfo-

namve pupil-
li factas, ali-
quo repete-
re queat Ju-
dicio ?

Et deciditur.

Siquidem
accessit ani-
mo non ma-
ligno, sed
bona omni-
nò fide;

Sed

sed ad tuendum pupillum haec tenus indefensum , ejusque bona conservanda , intento , quia tunc revera esset Pro-tutor , Tutor putatius , fictus atque fucatus , qui , licet legitimo modo creatus non sit , negotium tamen pupilli , nomine Tutoris usurpato , gessisset , secund. L. 8. C. d. Interd. Matrim. Pap. L. 1. §. 1. ff. de eo qui pro Tut. L. 3. ff. cod. junct. §. 1. & 2. Inst. d. Tut. & tradita Magnif. Dn. D. Grafs , dict. loc. th. 1. p. 3. B. Stryckii in V. M. §. 1. quod fals. Tut. ges. esse dic. B. Lauterb. in Colleg. §. 3. de eo qui pro Tut. & eriam ipse convenienti posset Actione Protutelæ directa , non tantum respectu gestorum B. Stryck. disp. d. Tut. Mat. Princip. Imp. c. 3. §. 13. Schiltetus Ex. 37. §. 187. sed & ubi semel attigit Tutelam , sive quedam gesit , ratione non gestorum , s. neglegitorum , si sine connexa , aut aliis , eadem gesturus , intuitu ejus abstinuerit , B. Lauterb. d. l. th. 4. & 5. Dn. D. Grafs. d. l. th. 5. p. 9. non denegandam ipsi vicissim esse , pragandam ipsi pter Naturam correlatorum , contrariam actionem vel Protutelæ , ad id , ut ipse servetur indemnus , vid. L. 4. ff. de eo qui pro tut. L. 1. §. 1. ff. d. Contr. Tut. & util. impensa que ab eodem factæ utiliter , & ex officio boni viri , ipsi restituantur , arg. eor. que habent Struv. in S. J. C. Exerc. 31. th. 73. & Dn. Mencken in Tract. Pand. Syn. tit. de eo , qui pro tut. prove Cur. p. m. 381. & in addit. ad B. Struvii Jurispr. Rom. Germ. For. L. 1. tit. ed. 14. p. m. 38. etiam cum Usuris legitimis , cum negotium hoc non sit stricti Juris , sed bona omnino fidei , Dn. D. Grafs. d. l. §. 5. p. 9. vel etiam , (quia duæ hæ actiones , quoad rationem Juris communis differunt parum , Dn. D. Grafs. d. l. th. 7. p. 13. invicemque concurrunt B. Laut. dict. tit. th. 2. inf.) Negotiorum gestorum arg. traditor. de persona Pupilli , à Lauterb. in Coll. §. 7. & 8. d. Neg. Ges.

§. XIII.

Argumen- Antequam autem Discursus hujus faciam finem , id unicum
 tumque hu- tantummodo , mihi adhucum restat monendum , nihil prorsus ,
 jusDiscursus vindicatur pro sumenda specie aliqua Tutelæ Pactitiae , mea sententia , condu-
 adhuc ulce- cere promissionem , fieri hodie apud Nos solitam à teste , regatore
 rius , contra ad sacrum Fontem , comparare , in facie Ecclesiae , quando ad inter-
 promissio- rogationem Ministri Ecclesia . Ob er sich des Kindes / wenn es er-
 nem , à Com- wach

wachsen / annehmen / und solches zu Kirchen und Schulen halten patre , in s.
 wolle? respondere solet affirmando ; (ut quidem vult Dn. Petr. Baptismate
 Ludewig. in sepe cit. Diff. Jur. Rom. & Germ. in Tit. Diff. 7. lit. cc. factam, pro
 p. 33. dicens praterca : titulum, quo causa Excusationum à Tutela, de- specie Tute-
 scribuntur , neque hic esse otiosum, ita , ut à sacra initiationis testi- lae Paetitiae
 monio, pariter excusentur homines, ob Senectutem, numerum initia- venditata
 torum , der Tauff. Pathen / absentiam , &c.) Idque propterea, Per rationes
 quia (1.) talis Computer principaliter cum tantum in finem ad-
 hiberi solet , ut , infantem , sacro Baptismate lavatum esse , si qui-
 dem aliquando oriatur desuper controversia , publice testetur ; (2.)
 promissio illa concernit tantum Mores atque Educationem
 suscepiti , non verò bonorum administrationem , quæ ipsa tamen ,
 secundario , in omni Tutele specie , necessario requiritur , & cum
 persona inspectione debet esse conjuncta ; (3.) nihil ibi dici-
 tur de Morte Patris , sed curam hanc susceptor adhibere debet
 etiam vivo adhuc parente ; Infanti autem , patrem vivum , mentis
 sanæ , morumque non prodigorum , Tutorem habenti naturalem ,
 supperaddi adhuc alium , utique esset absurdum. (4.) pro-
 mittit hoc , non tantum Susceptor , sed & Susceprix ; Hanc ipsam
 verò propterea , ad Tutele munus , secund. L. 16. ff. d. Tutele
 huicmodum hodie , regulariter , (& exceptâ unicâ tantummodò , Matris
 atque Aviæ personâ) virile , atque publicum , à cuius generis tamen
 omnibus , mulieres repelli , propter L. 2. ff. d. R. f. notissimi omnino
 est Juris , admitti debere , absonum esset Juridicum.


S. XIV.


Et hæc quidem sunt , L.B. quæ mihi , in materia hac , non adeò
 plana atque perspicua , intra spacium 3. Septimanarum , ex quo in- Epilogus.
 manus meas pervenit supra nominata Epistola , inter multos , varios-
 que Labores Academicos alias , licuit congerere ; Quæ , siquidem
 Tua approbatione judicabuntur digna , erit , de quo mihi nullo non
 tempore , gratulaturus sum admodum impense ; Si minus , dabis
 tamen , pro Humanitate Tua , aliiquid ætati , in universo Jure nostro
 tam favorabili , tamque multis beneficiis atque privilegiis ma-
 teriae , Judiciisque fragilitati , eò lubentius , quò noveris : *Omnium
 rerum habere memoriam , & in nullo penitus aberrare , opus esse di-
 vini-*

vinitatis magis, quam humanitatis; & aliquid etiam penuriae, curtoque apparatu Librorum. Aetatem si attigero maturiore, largituraque est Divina Gratia vires & corporis & animi ulteriores, expectare etiam à me in posterum poteris maturiora, doctiora atq; solidiora. Interim autem Vale, meisque studiis & conati- bus favere non desine.

S. S. D. G.

Typographica E R R A T A , si quæ, præter illa, quæ habentur in p. 7.
 §. 3. ubi pro *quæ*, leg. *quam*; p. 8. §. 6. pro *nōm ilitantem*, non militantem;
 p. 9. ubi ex his occurrente verbo *dubium* delendum est unum; p. 10. pro *hujusmodi*,
 legend. *hujusmodi*; p. 11. pro *contrarium* *contrarium*, & in ead. in fin. pro *item*:
 item: p. 15. pro *Pratorem*, *Pratorem*. p. 21. in *marg.* pro *dictatans* *dictans*:
 p. 22. §. 3. pro *quad* *quad*, inveniret plura, me pro *exquisitatem* sua, propter
 anguitiam temporis, excusatum habiturus, corrigere L. B. ipse.





Tübingen, Diss., 17.14/16

ULB Halle
004 171 462

3



Sl.

867.

Q. B. D. V.
FIGMENTUM
TUTELÆ
SPECIEI QUARTÆ;
PACTITIAE
Sive
CONVENTIONALIS
Succincto Discursu Juridico.

Permittente Illustri, Almae hujus Eberardinae,
Fctorum Ordine,

Discussum.

a

CHRISTIANO HENRICO HILLERO,
BIBERACO-SUEVO.

TUBINGÆ,
Literis JOSEPHI SIGMUNDI.

B.I.G.

